AGSTO

5 6 5

IOANNIS LVDOVICI VIVIS COLLOQVIA,

ALIOQVI LATINAE Linguæ Exercitatio.

EX OPTIMORVM CODICVM collatione innumeris mendis purgata.

Adiectis à tergo nonnullis alijs ad copiam verborum nunc primum in lucem editis,

Cum adnotationibus indicantibus nomina, & locos auctorum qui citantur.

Cum Indice vocum Hetrusco.



VENETIIS, M DC.

Apud Florauantem Pratum.

PHILIPPO CAROLI

CAESARIS AVGVSTI FILIO *hæredi, optimam mentem.*

LAtinæ linguæ permagnę ſunt & ad loquēdū, et ad recte ſentiēdū vtilitates. Eſt.n.ea velut theſaurus q̃dā oīs eruditionis, qm̄ magna & præſtantia ingenia Latino ſermonę diſciplinas oēs cōſcripſerūt; ad quas nemo pōt peruenire, niſi per linguæ illius cognitionē. Quā ob cām nō grauabor, inter maiorum ſtudiorū occupationes, hac quoq; parte pueritiæ rudimēta adiuuare. Cōſcripſi in vſum Latinæ linguæ primā loquēdi exercitationem; quā pueris, ut ſpero cōducibilē, tibi Principi puero viſū eſt dicare, cum propter patris tui beneuolentiā erga me ſummā, tū qđ in animo tuo ad rectos mores formādo, optime de Hiſpania, hoc eſt patria mea merebor: cuius ſalus ſita eſt in tua probitate ac ſapiētia. Sed hæc à Ioāne Martinio Siliceo inſtitutore tuo, & copioſius audies, & crebrius.

SVRRECTIO MATVTINA.

Beatrix Puella, Emanuel, Eusebius.

IESVS Christus exsuscitet vos à somno vitiorum. Heus pueri, estisne hodie euigilaturi? EVSE. Nescio quid inciderit mihi in oculos, ita videor eos habere plenos arenę. BEA. Hęc est tua prima cantio matutina, & bene vetus, aperiam fenestras hasce ambas, ligneam & vitream, vt feriat clarum mane vestros amborum oculos. Surgite, surgite. EV. Tam multo mane? BEAT. Propior est meridies, quam aurora. Vis tu Emanuel recentem subuculam? EMA. Nihil nunc est necesse, hæc est satis munda, cras sumam alteram. Cedo mihi thoracem. BEATR. Quem; simplum an diploidem; EMANVEL. Quem voles, mea nihil refert. Porrige huc simplum, vt si sim hodie lusurus pila, minus grauer. BEATR. Hic est semper tuus mos. Prius de lusu cogitas, quam de schola. EM. Quid tu dicis inepta? & schola ipsa vocatur ludus. BEA. Ego non intelligo vestras grãmaticationes & sophismata. EM. Da ligulas astrictorias coriaceas. BEAT. Fractæ sunt; accipe sericeas, & sic iussit tuus pædagogus. Quid iam? vin' femoralia, & tibialia, quoniam est æstus? EMAN. Minimè verò. dato feminicruralia: quæso constringe me. BEAT. Quid tu habes brachia fœnea, aut butyracea? EMA. Non, sed filo tenui consuta. hui, qualia dedisti mihi adstrigmenta exarmata & lacera. BEA. Memineris te heri alea perdidisse inte-

Subucula, est virilis camisia.

Diplois de quauis re dicitur.

Ligulæ astrictoriç quibus vementa stringun.

Feminicruralia nouum, pro caligis.

Exarmata sine ferris.

integra.EMA.Quis scis? BEA. Ego per rimulã ostij obseruabã te cum Guzmanulo ludentem.EM.Amabò ne id pædagogus resciat.BE.Imò ego narrabo quũ primum appellaris me deformem, vt soles.EM.Quid si rapacem? BE. Quid uis; modò ne deformẽ. EMA. Cedo calceos. BE. Vtros? longo obstragulo an breui? EN.Tectos pp lutum.BEA.Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatur puluis.Sed bene facis:nam in apertis cingulũ est fractum, & fibula amissa.EM. Indue rogo.BE.Tu ipse facito.EM.Non possũ me flectere.BE.Tu quidem facile te curuares, desidia verò tua difficile:an deglutisti ensem, vt circulator ille nudiusquartus? adeone es iã delicatus? quid facies, grandior? EM.stringe nodo laxo gemino, qđ est elegãtius. BE.Nihil minus, solueretur nodus illico, & decideret tibi calceus è pedibus, præstat vel gemino astricto, vel astricto, & laxo. Sume tunicam manicatam: & cingulum texile.EM.Minimè id quidem, sed coriaceum venatorium.BE.Mater vetat: vis tu omnia arbitratu tuo facere? & tu heri fregisti aciculam fibulæ. EM. Non poteram alioqui exfibulare.Da ergo illud puniceũ ex lino.BE.Cape cinge te cinctu Gallico, pecte caput prius radijs rarioribus, tum densioribus. apta pileum vertici, ne in occipitium reijcias more tuo, aut in frontem & oculos.EM.Prodeamus iam tandem, BE. Quid? illotis manibus, & facie: EM.Ista tua tam molesta curiositate taurum iam enecasses, nedum hominem. videris mihi non puerum vestire, sed sponsam. BE.Eusebi, adfer pollubrum cum verceolo.funde altius, stilla potius ex epistomio, quàm profundas, elue

sordes

Obstragulum. est corium calcei superius.

Aciculam fibulæ, id est, quo corrigia affigitur.

Cinctu Gallico, quomodo solent Galli se cingere.

Pollubrum, idest vas ex quo aqua funditur.

Vrceolus patina in quã funditur.

Epistomium est

sordes istas ex notis digitorum: ablue os, & gargariza: frica bene cilia, & palpebras, tum glandulas sub auriculis duriter. cape linteum, exterge te. Deum immortalẽ, de oĩb. es sigillatim admonẽdus. nihil ne ipse tua spõte faceres? EM. Vah, nimiũ es importuna, & odiosa. DE. Et tu nimiũ scitus puer, ac formidolosus. [redacted]. flecte iam genua, & ante hanc Seruatoris nostri imaginẽ recita precationem dominicã, & preces alias, vt habes de more, ante quã pedẽ ponas extra cubiculum. Vide mi Emanuel, uti de re nulla alia cogites dũ oras. Mane paulisper, appende sudariolum hoc de zona, ad nares emungẽdas, & purgãdas. EM. Sum ne satis ad arbitriũ tuũ compositus? BE. Es. EM. Ad meũ minimè, quoniã iã tandẽ ad tuũ, ausim facere spõsionẽ, me horã vnã vestiẽdo cõsũpsisse. BE. Quid si vel duas? quò eras alioq̃ iturus? q̃d acturus? fossurus credo, aut araturus. EM. Quasi desit q̃d agã. BE. O magnũ virum, vehementer in nihil agendo occupatũ. EM. Non hinc abis cauillatrix? aut ego te abigã hoc calceo, aut calanticã tibi detraham de capite.

nasus ga[illegible] ti.

Facere spõsionẽ, deponere & certare pretio.

Calãtica, indumentũ est capitis muliebre.

PRIMA SALVTATIO.

Puer, Mater, Pater.

SAluus sis mi pater, salue mea matercula: precor vobis fęlicem hunc diem germanuli: propitiũ vobis opto Christũ sororculę. PA. Mi fili, sospitet te De⁹, euehat ad ingentes virtutes. MA. Seruet te Christus mea lux, quid agis mea dulcedo? qui vales? qũo nocte hac quieuisti? PV. Rectè valeo, & placidè dormiui. MA. Christo gratia: propriũ hoc velit tibi eße. PV. Ad mediam tamen noctem excitatus sum, è dolore

capitis. MA. Me perditam, & miserrimã, quid narras? qua parte capitis; PV. Ad bregma. MA. Quam diu? PV. Vix octaua parte horę, postea redormiui, nec sensi amplius. MA. Respiraui, nam exanimaras me. PV. Bene sit tibi Isabellula, para mihi ientaculum: Ruscio Ruscio huc, canicule festissimè: en vt cauda adulatur, vt se in posteriores pedes erigit, quomodo habes? quomodo vales? Heus tu, adfer panis buccellam vnã aut alteram, quam ei demus: videbis lusus scitissimos. Non esuris? nihil edisti hodie? profectò plus est in cane isto intelligentię, quam in illo mulione crasso. PA. Tulliole mi, lubet mihi tecum paulisper confabulari. PV. Quid mi pater? nam nihil mihi potest accidere suauius, quam te audire. PA. Hic tuus Ruscio est bellua, an homo? PV. Bellua, vt credo. PA. Quid tu habes cur sis homo, non ille? tu edis, bibis, dormis, ambulas, cursitas, lusitas: hæc ille omnia. PV. At qui ego sum homo. PA. Quomodo id cognoscis? Quid tu nunc habes plus quam canis? sed hoc interest, quòd ille non potest homo fieri: tu potes, si vis. PV. Obsecro mi pater, effice id primo quoque tempore. PA. Fiet, si eas quò eunt belluæ, redeũt homines. PV. Ibo pater multo libentissime. sed vbi id est? PA. In ludo litterario. PV. Nulla est in me ad rem tantam mora. PA. Nec in me. Isabellula, audin? da huic ientaculum in cistella. ISA. Ecquidnam? PA. Frustum panis butyro illitum, vel ficos aridas, aut vuas paßas pro obsonio, sed insolatas. nam alterę illę viscosæ inficiunt puerorum digitos, & vestes: nisi malit cerasa aliquot, vel pruna, aurea, & oblonga. insere brachiolum cistulæ, ne excidat.

Ad solem exsiccatas.

DE-

DEDVCTIO AD LVDVM.

Pater, Prętextatus, Philoponus Ludimagister.

SIgna te sacro signo Crucis. Duc nos Iesu Christe sapientissime dementes, potentissime imbecilles. Quęso mi propinque, tu q̃ es versatus in studijs literarũ, ecquis est in hoc gymnasio optimus institutor puerorũ? PR. Doctissimus quidem Varo: sed diligentissimus, & vir probissimus Philoponus, nec eruditionis aspernandæ. Habet Varro scholam frequentissimã, et domi numerosũ gregem cõtubernalium: Philoponus non videtur delectari turba, paucioribus est contentus. PA. Hunc malo. Ellum in porticu gymnasij inãbulantem. Fili hoc est formatorium, & quasi officina hominum, & hic artifex formãdi. Adsit tibi Christus magister. Aperi caput puer, & flecte poplitẽ dextrũ, sicuti es edoctus. sta iam rectus. PHI. Prosperus sit nobis omnibus tuus aduentus, ecquid rei est? PA. Hunc filiolum meum ad te adduco, vt ex bellua hominem facias. PHI. Dabo in eam rem operam sedulam: fiet: reuertetur ex pecude homo, ex nequam frugi & bonus. id verò ne dubitaueris. PA. Quanti doces? PHI. Si puer bene proficiat, vili: sin parũ, caro. PA. Acute hoc dicis, & sapiẽter, ut oĩa. Partiamur inter nos igitur hanc curam: tu vt sedulò instituas, ego vt benignè compensem tuam operam.

EVNTES AD LVDVM LITERARVM.

Cirratus, Prætextatus, Titiuillitium, Teresula, Vetula, & Olusculαria.

VIdetur tibi tp̃s eundi ad ludũ? PR. Planè tẽpꝰ est vt eamus. CIR. Non satis teneo viam, credo

esse ĩ illo uico proximo PR. Quoties illuc itasti? CIR. Ter, aut quater. PR. Quando cœpisti eò itare? CI. Nu dius tertius, vt puto, aut quartus. PR. Quid igitur, an non id satis est ad noscendã viã? CIR: Non etiam si eã centies. PR. Ego verò vel si semel, nũquam deinceps aberrarẽ. Sed tu vadis inuitus, & ambulas lusitans, nec viam aspicis, nec domos, nec vlla signa quæ te po stea admoneãt, quo sit flectẽdũ, q̃ uia tenẽda. ego hæc oĩa obseruo diligenter, q̃a iubẽs eo. CIR. Puer hic habi tat in proximo scholæ. Heus tu Titiuillitium, quà itur ad ædes tuas? TIT. Quid vis? venis a matre tua? ma ter mea nõ est domi, ac ne soror quidẽ, ambę sunt pro fectę ad Diuę Annę. CIR. Quid illic agitur? TI. Heri fuerũt encęnia: hodie inuitauit eas mulier q̃dã casea ria, ad edẽdum lac coagulatũ. CI. Et tu cur nõ es unà profectus? TIT. Relictus sum hic vt seruẽ domi. frater meus puerulus adductus est ab eis illuc. sed pollicitæ sunt mihi, se de reliquis allaturas partes in quasilo. CIR. Quin tu igitur manes domi? TIT. Cõtinuo reuer tar, nũc prodeo lusũ talis cũ filio huius cerdonis. uul- tis vos venire? CI. Eamus sodex. PR. Minime uerò id quidẽ. CI. Quid ni? PRAE. Ne vapulemus. CI. Vah, non memineram. TIT. Non vapulabitis. CIRR. Qui scis? TIT. Quia magister vester perdidit heri ferulã. CI. Hẽ q̃uo nosti? TI. Hodie de domo nostra audieba- mus eius vociferationẽ q̃rẽtis ferulã. CIR. Amabo lu damꝰ parũper. PR. Tu ludito, si vis ego ibo solus. CI. Ne me apud p̃ceptorẽ quæso deferas dic me detineri domi à patre. PR. Vis mẽtiri me? CI. Quidni, propter sodalem? PR. Quia in templo audiui concionatorem

affir-

affirmantem, mendaces eße filios diaboli, veraces Dei. CIR. Diaboli verò? apage: Per signum sanctæ Crucis, ab inimicis nostris libera nos Deus noster. PR. Nō potes liberari, si ludas, quum est discendum. CIR. Eamus, tu valeto. TIT. Hui, pueri isti non audent paulisper ludere, alioqui cædendi. PRAE. Ille est puer perditus, & euadet scelerosus vir. Sed quō elapsus est nobis; nec rogauimus, quà esset via ad ludū, reuocemus. CIR. Abeat in malā rē, nolo sit mihi rursum incitamēto ad lusum, percūctabimur ab hac vetula Mater, nosti ne quà itur ad scholā Philoponi? VETVLA. Iuxta eam scholā habitaui ergo sex annis, è regione peperi filium natu maximum, & filias duas, transite plateam hanc Villæ rasæ, inde est angiportus, tum platea Domini Veterani, hinc flectite ad dexterā, tum ad sinistram, ibi percunctamini, non procul abest schola. CER. Vah nō poterimus oīa retinere. VETVLA. Tersula, deduc istos ad ludū Philoponi. nā mater huius est quę dabat nobis linum pectendū, & nendū. TER. Quid malū Philoponi? quid hoīs est hic Philoponus? quasi ego norim. loquerisne de illo, qui resuit calceos iuxta cauponā viridem; an de pręcone in Vico gignātis, qui alit equos meritorios? VET. Sat scio, nunquā tu nosti ea quæ sūt opus, sed ea quæ ad rē nihil faciūt, inertissima. Philoponus est ludi magister ille senex, procerus, luscosus, e conspectu ædiū, quas olim habitauimus. TER. Ah, Iā reddit in memoriā. VETV. In reditu transi per macellū, & eme acetarium, & raphanum, & cerasa: cape fisceliā. CI. Duc nos etiā per forum olitoriū. TER. Hac ibitis breuius. CIRRATVS.

Nolumus isthac ire. TER. Qui sic? CI. Quia momor dit me illic canis ex domo pistoris. quin & volumus te comitari ad forũ. TER. Reuertens faciã iter per macellũ: nã procul adhuc absumus. et emam q̃ sum iussa, postquam reliquero uos in ludo. CI. Nos cupimus videre quãti emas cerasa. TER. Nummis senis emimus in libras singulas. sed quid ad te? CIR. Quia soror iussit me hodie mane sciscitari, & est illic vetula quædã oluscularia, de qua si emeris, scio eam et venditurã minoris quam alias, & daturã nobis uel cerasa aliqua, vel thyrsum lactucæ. nã filia eius ministrauit aliquan do matri & sorori meæ. TER. Ne dispendium hoc viæ cõstet uobis flagris aliquod. CIRR. Minimè verò: nam satis veniemus tempore. TER. Eamus, tantum deambulauero, quæ misera consumor sedendo domi totos dies. PRAE. Quid facis? an tantum sedes otiosa? TER. Otiosa verò minimè, certè id quidem, neo, cõglobo, glomero, texo, Putas vetulam nostram passurã vt ocier? festos dies execratur, in quibus est cessandum. PRAET. Festi dies num nõ sũt sacri? quomodo ergo execratur illa rem sacram? vultne ipsa execrari, quod sacrum cõstitutũ? TE. Censen me didicisse geometriã vt hæc possim vobis edisserere? CIR. Quid rei est geometria? TER. Ego nescio, nos habebam⁹ vicinã, quæ vocabatur Geometria: hæc sẽper vel erat ipsa in tẽplo cũ presbyteris, vel presbyteri domi eius cũ illa, itaq. erat, vt ferebant, sapientissima. Sed vẽtum est in forũ olitorium, vbi est tandem vestra uetula? CI. Id ego circumspiciebam. Sed eme ab hac ea lege, vt aliquid det nobis corollarij. Heus amita, puella hæc emet de

te cerasa, si aliquot nobis donaueris. OLVS. Nihil mihi donatur, omnia venduntur. CIR. Nec sordes istę donantur tibi, quas habes in manib. & collo? OLVS. Nisi procul hinc abis impudenticule, has sordes sentient genæ tuæ. CIR. Quomodo sentient meæ genæ, quum tu habeas in tuis manibus? OLVSCV. Redde cerasa furuncule. CI. Sumo exemplum, nam volo emere. OLV. Eme igitur, CI. Si placuerint, quāti? OLVS. Nummo libram. CIR. Ah acerba sunt, tu anus venefica vendis hic populo cerasa strangulatoria. TER. Abeamus hinc ad ludum. nam vos argutijs vestris intricaretis me, & detineretis diu. Iam, vt puto mea uetula furit domi, ob moram meam. Hoc est ostium, pulsate.

LECTIO.

Præceptor, Lusius, Aeschines, Pueri. COTTA.

PRAEC. Cape tabellam abecedariam manu sinistra & radium hunc quo indices singula elementa sta rectus, pileum pone sub axilla, audi attētissimè, quemadmodum ego has literas nominabo: specta diligenter quo gestu oris. Vide ut eodem prorsum modo reddas, quum reposcam. Sis mecum. Iam audisti. Sequere nunc me sigillatim præeuntem. Tenes probe? LVS. Videor mihi sic satis. PRAE. Vnaquæq; istatum vocatur litera, ex his quinque sunt uocales A, E, I, O, V, quę sūt in uocabulo Hispano, oueiu, quę est ouis. memineris huius verbi. Hæc cum una qualibet uel pluribus aliarum syllabam efficit: sine uocali non fit syllaba, & uocalis ipsa non raro est syllaba. Itaque

aliæ omnes consonantes nominantur, quia per se nihil sonant, nisi adhibita vocali. habent. n. sonum quendam imperfectum, & mancum, b, c, d, g, quæ sine è parum sonant. Iã ex syllabis fiunt voces, seu verba: ex his sermo, quo belluæ oẽs carẽt. nec tu à bellua differes, ni ꝑbè sermonem discas. Euigila, et naua sedulam operã. Ito, sede cum tuis condiscipulis, & edisce, quæ præscripsi. LVS. Non ludimus hodie? AES. Non, nam dies est operarius; Ergo tu venisse te huc arbitraris lusum? non est hic ludendi locus, sed studendi. LVS. Cur ergo ludus nominatur. AES. Nominatur quidem ludus, sed literarius: quia literis est hic ludendum, alibi pila, trocho, talis, & Grecè audiui appellari scholam, quasi otium: quod verum sit otium, et animi quies ętatem in studijs agere. Sed ediscamus, quæ iniunxit institutor, submisso murmure, ne alijs alij simus impedimento. LVS. Auunculus meus, qui aliquãdo dedit operã literis Bononiæ, docuit me melius memoriæ infigi, quæ velis, si altius pronuncies; idq; confirmari auctoritate nescio cuius Plinij. AES. Si quis ita velit ediscere suas formulas, in hortos secedat, aut in cæmiterium templi: ibi clamet licet, quoad excitet mortuos. COT. Pueri, hòccine est ediscere? garrire, iurgari. agite, conuenite ad præceptorem omnes iussu eius.

Operarius, quo est operandũ. Cato.

REDITVS DOMVM, & lusus pueriles.

Tullius, Corneliola, Scipio, Lentulus, Puella, Puer.

COR. Prosperè redieris Tulliole. libet paulisper lusitare? TVL. Nondũ statim. COR. Quid habes

bes negoti? TVL. Recolere, quæ magister vt memoriȩ cõmendarem mandauit. COR. Quæ tandem; TV. Aspice. COR. Hui, q̃ sunt istæ? Credo esse formicas depictas, mea mater, quot formicas & culices adfert Tulliolus pictos in tabella? TVL. Tace insana, sũt literæ. COR. Qui vocat̃ hæc prima? TV. A. COR. Cur prima est magis A, quàm hæc altera? MAT. Cur tu es magis Corneliola, quam Tulliolus? COR. Quia sic vocor. MAT. Et illæ litteræ ad eundem modum. Sed ito iã lusum, mi fili. TVL. Hic pono tabellam meam, & radium: si quis attigerit, vapulabit à matre: nonne mea matercula? MAT. Etiam, mi fili. TV. Scipio, Lentule, adeste lusuri. SCI. Quam lusionem? TVR. Nucibus ludemus ad coniectum scrobiculi, LENT. Non habeo nuces nisi paucas, & eas quassas ac putres. SCI. Ludamus putaminibus nucum. TVL. Quid mihi ea proderunt etiam si lucrer viginti? nullus est intus nucleus quem edam. SCI. Ego vero dum ludo, non comedo. si quid volo comedere, matrem adeo. Ista nucum putamina sunt apta ad extruendas formicis ędiculas. LE. Ludamus par et impar aciculis. TVL. Adfert poti⁹ talos. SCI. Adfer Lentule. LEN. Ecce vobis tali. TVR. Quam sunt puluerulenti, & immundi, nec satis purgati à cane, & politi. Iacias. SCI. Pro primatu ludendi. TVL. Ego sum primus, quid ludimus? SCI. Astrigmẽta. LEN. Ego nolo mea perdere. nã domi cęderer à pedagogo. TVL. Quid vis ergo perdere, si vinceris? LEN. Talitra. MA. Quæ est ista humi abiectio? deteritis vestes omnes, & calceos, tũ loco immundissimo; quin verritis prius pauimẽtum, & Pro primatu ludendi, qs ludet primus.

sedetis? adfert scopas. TV. Quæ erit igitur spõsio? SC. acicula in singula pũcta. TVL. Imò binæ. LEN. Ego non habeo aciculas, deponam, si vultis, pedunculos cerasorum pro aciculis. TV. Apage, ludamus ego, et tu Scipio. SC. Ego ausim sorti meas aciculas credere; TV. Da mihi talos in manũ, vt iaciã primus: en, vici sponsionem. SCI. Minimè verò, nam non ludebas seriò. TV. Quis vnquam ludit seriò? ceu dicas album nigrum. SCI. Cauillare quantũ voles non auferes modò aciculas. TV. Age, remitto tibi hanc manũ, ludamus iam pro præmio adsit dextera sors. SI. Victus es. TV. Auferto. LEN. Cedo talos. TV. in hũc iactum omnia LEN. Non recuso. TV. Ad cenam pueri, nunquamne facturi estis ludendi finẽ? TV. Nunc incipimus, ista iam de fine loquitur. COR. Ludi huius iã tædet: ludamus calculis discoloribus. TV. Pinge tu nobis vrbes in hoc latere, carbone, aut gypso. SCI. Ego malo cænare, quã ludere, & discedo, aciculis meis omnibus exutus fraude vestra. TV. Memineris te heri Cethegum spoliasse.



Calculi sunt duodeni. alibi & nigri.

Virg. Epig.

Nullus vbique potest fęlici ludere dextra.

COR. Adfer quæso folia lusoria. quæ inuenies sub abaco ad sinistram. SCIP. Alias id quidem, nunc non vacat: nam si diutius morer, timeo ne pedagogus meus iratus incenem me mittat cubitum. Tu Corneliola habe nobis parata folia isthæc in crastinum sub horam vesperam COR. Si licebit nobis per matrem, satius esset

set

ſet nunc ludere, dum ſinimur. SCI. Satius eſt nunc cœnare, dū accerſimur. PVEL. Et mihi nihil datis, quæ vos ſpectaui? COR. Daremus ſi indicaſſes, da tu nobis potius, quæ noſtris luſionibus te delectaſti. PV. Heus pueri, quando æſtis venturi? Cena eſt ſemicomeſa, propè eſt, vt ſublatis carnibus apponamus caſeum, & poma.

REFECTIO SCHOLASTICA.

Nepotius, Piſo, Magiſter, Architriclinus, Lamia, Florus, Anthrax, Hipodidaſcalus.

VIuitiſne hic lautè? PIS. Quid iſtuc verbi eſt, an lauamur? quotidie manus ac faciē, et quidē crebro: munditiès enim corporis, & ſanitati, & ingenio confert. NEP. Non id quæro: ſed an edatis, & bibatis ex animi veſtri ſententia? PIS. Nos non edimus ex animi ſententia, ſed ex palati ſententia. NEP. Dico, an vt vultis. PIS. Maximè, nempe cum fame: & qui vult edit, qui non vult, abſtinet. NEP. Surgitis a mēſa famelici? PI. Non omnino ſaturi: noc expedit: belluarum eſt. n. expleri, non hominum. Regem quēdam ſapientiſſimum narrant nunquam ſine apetitu accubuiſſe, nunquam ſurrexiſſe ſaturum. NE. quid editis? PI. Quæ habemus. NE. Putabam vos eſſe, quæ nō habebatis. Sed quæ ſunt iſta tandē quæ habetis? PI. Moleſtum percunctatorem: quæ dantur. NE. At quæ dātur? PIS. Ientamus de mane ſeſquihora poſtea quam ſurreximus. NEPOTVLVS, Quando ſurgitis? PIS. Ferè cum ſole, qui eſt dux Muſarum, & aurora gratiſſima Muſis, Silatum noſtrum eſt fructum panis autopyri, & paulum butyri, aut fructuum aliquid qua

Regē, Eyrum maiorem.

Silatum ientaculum.

Autopyri ex tota farina cō-

fecti sint excretione furfurum.
Gabatæ sunt profundę scutellæ.
Turundæ frusta parua.

les anni tempus suppeditat. Prandium, olus coctiuū, vel putes in pultarijs, aliquid pulmētarij carnium, rapę modò, modò brassicę, amydus, similago, oriza, tū diebus pisculētis lac serosum in gabatis, è quo sit butyrum expressum, iniectis aliquot turundis panis. piscis recens aliquis si sit in foro piscario pretij tolerabilis, sin secus, salsamentum probè maceratum. hinc pisa, aut cicera, aut lentes, aut fabæ, aut lupini, NE. Quantum cuiq; ex his? PI. Panis quantū auemus, obsoniorum quantum est satis, non ad explendum, sed ad alendum. Amplissimas epulas alibi quærito non in schola, vbi ad virtutem formantur animi. NE. Quid bibitis? PI. Alij frigidum, alij ceruisiam tenuem, pauci, & rarò vinum, & bene dilutum. Merenda est, seu (si id mauis) antecenium aliquid panis, & amygdalarum, seu auellanarum, ficorum aridorum, vuarum passarum: aut si sit æstas, pyrorum, aut malorum, cerasarum, aut prunorum: quum verò animi gratia rus proficiscimur, tum edimus lac, vel liquidum, vel coactum, caseum recentem, cremorem, lupinos lixiuio maceratos, pampinos, & alia quæ villa suggerit. Cenæ caput est, acetarium concisum, sale aspersum, irroratum oleo oliuarum ex gutto, aceto etiam infuso. NE. Quid, oleo nuclum, aut raparum? PI. Apage rem insuauem, & insalubrem. tum in lata paropside, aulicoctia veruecina iussulenta cum prunis passis, aut radiculis, aut herbulis, quæ sint pro intrito. interdum tucetum saporis scitissimi. NE. Quo condimento? PISO. Fame, omnium optimo, & sapidissimo. hinc certis diebus hebdomadæ, aliquid as-

Aulicoctia, cocta in olla.
Iussulenta, cū ipso iure.
Tucetum ē caro minutim cōcisa & ita excisa.

si po-

ſi potiſſimum vitulinæ, hædinę; interdum in uere, pro ſecunda menſa raphani perpuſillum, & caſei non putris, nec veteris, ſed recentis, qui eſt quàm vetus alibilior: pyra, mala perſica, cydonia. Diebus, quibus carne fas non eſt veſci, habemus pro carnibus oua aſſa, aut frixa, aut elixa, ſingula per ſe, aut in libum commiſta in ſartagine, aceto. aut omphacio non tam infuſo, quàm inſtillato: paululum interdum piſcium: & caſeo ſuccedunt nuces. ME. Quantum cuique? PISO. Bina oua ſingulis, & binæ nuces. NE. Quid? in cena nunquàmne cõmeſſamini? PISO. Sæpius. NE. Quid quæſo? nam id eſt ſuauiſſimum. PISO. Conuiuium Syri apud Terentium: aut aliquod aliud ex illis lautiſſimis. Athenæi, aut ſimilium, quorum meminerunt hiſtoriæ. Vtrũ cenſes nos porcos eſſe, an homines? qui ventriculi, quæ valetudo ſufficeret, poſt quaternas refectiones comeſſari: heus tu, ſchola hæc eſt, non ſaginarium. dicunt etiã nihil eſſe periculoſius valetudini, quã bibere, quũ ſtatim ſis iturus cubitum. NE. Licebitne cenæ veſtræ intereſſe? PIS. Facile, e modo venia petita a præceptore, quam ſcio illum daturum non grauatè: nam ſolet alioqui prauè eſſe educationis, ingerere te conuiuio, magiſtro neſcio. & quẽ te adduceret: nihil aliud quã probrũ & pudorem contraheret apud condiſcipulos: mane pauliſper. Magiſter licebitne cum bona tua uenia, puerum quendam mihi notum adhibere noſtræ cenæ. PRAE. Maximè, non erit moleſtus. PISO. Habeo gratiam. Hic quem vides geſtantem mantile pro focali, eſt architriclinas huius hebdomadæ, nam hebdomadarios habemus

In Adel. a.4.ſc.2.

mus

mus hic archiriclinos, vt Reges. ARC. Lamia quota est hora? LA. Horas non audiui à tertia, intentus compositioni epistolæ. Florus melius id norit, qui toto hoc pomeridiano tempore librum non vidit neque chartam. FLO. Amicum testimonium, et apud magistrū iratum valde vtile. Sed qui potuisti tu id animaduertere, immersus (vt ais) compositioni epistolari? planè maleuolentia te coegit metiri. Gaudeo profecto, inimicum meū pro mendaci haberi. Si quid me post hac voluerit calumniari, carebit fide. ARC. Non potero aliunde cognoscere de hora? Anthrax trascurre ad diui Petri, & inspice horas. AN. Index signat iam sextam. ARC. Sextam verò? Eia pueri agite, eia cōsurgite, abijcite libros: uel quo cerui cornua: parate mēsas, insternite, apponite sedilia, mantilia, orbes, quadras, panem: dicto citius volate, ne tarditati nostræ institutor succenseat. Pro me tu ceruisiam, tu hauri aquam de cisterna, appone scyphos, quid istuc rei est, tam obnubilatos adfers? refer in culinam, vt famula eos fricet, & extergat probè, quo sint nitidi, & fulgentes. PIS. Nunquam tu hoc perfeceris, quamdiu simiam hanc habebimus ministram culinariam, nunquam audet fortiter confricare, quę mundat, ita timet suis digitis: nec abluit, nisi semel, & tepida. ARCH. Quin admones de eo præceptorē? PIS. Satius est quæri apud famulam atriensem, nam in eius manu est mutare famulas culinarias. Sed eccum præceptorem. Tu ipse perluito hos calices, frica folijs fici, vel vrticæ, arena, aqua, nequid hodie habeat magister iure reprehēdendum. MAG. Sunt parata omnia? est aliquid quod

nos

nos remoretur? ARC. Nihil omnino. MAG. Ne postea facturi simus interualla magna intermissi. ARC. Missus verò? Missum potius dixeris, & eũ exiguum. MA. Quid tu mussitas? AR. Dico, vt assideas, esse ips, & propemodum corrumpi cœnam. MA. Pueri abluite omnes manus, & os. Vah, quod mantile! qui hoc se extergunt, mundantur? curre, adfer aliud purius. Sedeamus more solito: est is puer conuiua noster? PI. Est here. MAG. Cuias est? PI. Flander. MAG. Ex qua vrbe illius prouinciæ? PI. Brugensis. MAG. Recipe illum supra te expediat quisque cultellum suũ, & purget quisque suum panem, si quid hæret vel cineris vel carbonũ crustra: sacret mensam cuius est munus hac hebdomada. FLO. Pasce animos nostros Christe charitate tua, qui benignitate tua alis vitam omnium animantiũ: sancta sint domine hæc tua munera nobis sumentibus, vt tu, qui ea largiris, sanctus es. Amen. MA. Sedete quantum licet laxè, ne comprimatis mutuo: quandoquidem est satis loci. Et tu habes cultellũ Brugẽsis? PI. Prodigium, Flander sine cultello: et quidem Brugensis, vbi cuduntur optimi: NE. Mihi vero cultello nihil est opus, dentibus frangam mordendo, vel digitis buccellatim comminuam. HY. Ferũt illud de morsibus tum gingiuis: tum candori dentium esse perutile. MA. Vbi fecisti Latinæ linguæ tirocinium, nam nõn videris mihi praue institutus. NE. Brugis? sub Ioanne Theodoro Neruio. MAG. Viro diligenti, docto, probo. Brugæ elegantissimæ: nisi quod pereunt in dies vitio plebis profusissimæ, dolendum est. quam pridem illinc venisti? Ne Nudiussextus. MAG.

Quam

Quã nuper cœpisti studere? NEP. Ab hinc annos tres MAG. Nõ potest te profectus pœnitere. NEP. Merito, nam & habui magistrum non pœnitendum. MA. Sed quid agit Viues noster? NEP. Dicunt eum agere athletam, non tamen athleticè. MAG. Quid isthuc rei est? NE. Quia luctatur sẽper, sed parũ fortiter. MA. Cum quo? NE. Cum suo morbo articulari? MA. O luctatorem dolosum, qui primum omniũ inuadit pedes. HY. Imò lictorem sæuum qui totum corpus cõstringit Sed tu quid agis? quid cessas? videris huc spectatũ uenisse, non cenatum. Nemo vestrum attingat pileũ inter cenandum, ne quis capillus inuolet in patinas. cur non tractatis hospitem comiter? HY. Nepotule, præbibo tibi. NE. Præceptor excipio aĩo libentissimo. HY. Exinanias calicem tuum, quandoquidẽ exiguus haustus restat. NE. Hoc esset mihi nouum. MAG. Quid? non exinanire; Sed tu Hypodidascale quid dicis, quid adfers noui super cenam? HY. Ego uerò nihil dico, sed hisce duab. horis multa cogitaui de arte Grammatica. MAG. Quæ tandem? HY. Recondita sanè, & ex penetralibus disciplinæ. primum cur Grammatici posuerunt tria genera in arte, quum sint tantum duo in natura? aut cur natura non producit res neutrius generis sicut masculini, & fęminini: non poßum causã exsculpere tanti mysterij. Deinde philosophi dicunt esse tantum tria tempora, ars nostra ponit quinque, ergo ars nostra est extra rerum naturam. MAG. Imò tu ipse es extra rerum naturam. HY. Si ego sum extra rerum naturam, quomodo poßum comedere hunc panem & has carnes, quæ sunt in rerum natura? MA.

Tanto

Tanto tu deterior, qui venis ab altera rerũ natura, vt comedas, q̃ sunt in hac nostra. HY. *παράφθεγμα ἀπροσδιόνυσον. aliã ego vellem solutionem mearum quęstionũ. Vtinã haberemus nunc Palæmonem aliquem aut Varronẽ, qui has quęstiones posset profligare,* MAG. *Quin potius Aristotelẽ, aut Platonem? Habes aliqd aliud.* HY. *Heri vidi scelus capitale admitti. Ludi magister Vici recti capro olidior, qui in phontisterio suo, in pedore et fætore docet auditores diobolarios, ter aut quater pronunciauit volucres acẽtu in penultima, ego vero miratus sum, terram illum nõ dehiscere.* MAG. *Quid aliud decebat talem ludi magistrum dicere? & est alioqui in formulis Grammaticis valde detritus. Sed tu in re leui nimium tumultuarijs, & facis tragædiam ex comædia, seu mimo verius* HY. *Equidem absolui pensũ meũ, nunc tuæ sunt partes. dic tu vicissim aliquid inter cænam.* MAG. *Nolo, ne tu mihi vicissim παράθφεγγης. Iussulenta hæc iã cõglaciãt. adfer foculum mensariũ excalfacite aliquãtum, priusquã panẽ intingatis. raphanus hic non est esui, adeo est lentus, nec minus sunt radiculæ iusßulentæ.* HY. *Lentorẽ pro fectò nõ à macello attulerunt, sed hic contraxerunt in nostro penore, qua cella nihil est penui incommodius. Nescio quid isthuc rei est, sp adferuntur huc oßa emedullata.* MAG. *Parũ habent oßa medularum sub lunam silentem.* HY. *Quid quũ est plena?* MAG. *Plurimum.* HY. *Tum verò ossa nostra habent minimũ, seu nihil verius.* MAG. *Non exsorbet nobis medulas luna, sed nostra Lamia nimis hic indidit piperis, & gingiberis, & in iure hoc, & toto acetario, nimium*

men-

Id est responsum à proposito alienũ

Id est prę ter rẽ respondeas.

Poculus mẽsarius est calefactorium mensæ aptum.

Sub lunã silentem. prope nouilunium,

menthæ, petroselini, saluiæ, erucæ, nasturcij, hyssopi. nihil puerorũ & adolescentum corporibus æquè dam nosum, vt cibi qui interiora feruefaciant. ARCH. Quibus igitur ex herbis velles confici. MAG. Lactucis, buglossa hortensi, et portulaca, & petroselini aliquid admiscere. Heus tu Gingolfe, ne extergas labra manu aut manica, sed simul ipsa, simul manu mantili, nam ĩdeo tibi datur. Carnes ne attingas, nisi ab ea parte, quã tibi es sumpturus. Tu Dromo, non animaduertis te manicas tuas inficere pingui carnium? reducas, si sunt apertæ, ad humeros: si non sunt, corruga, vel com plica ad cubitũ: quæ si relabuntur, affige accicula, seu quod magis te decet, spina. Tu Dominaster delicatule, in mensam incumbis? ubi id didicisti? in hara quapiã? subijcite, eius cubito puluillum. Architricline, uide ne analecta hæc pereant, reconde in promptuarium, tolle primum omnium salinum, hinc panem, tum lances, di scos, mantilia, postremò mappam. mũdet quisque suũ cultellum, & reponat in vaginã. Heus tu Cinciole, ne scalpas dentes scalpello, nam est noxium, conficito tibi dentiscalpium, penula, vel bacillo tenui acuminato: et scalpe modicè, ne gingiuas scarifices, & sanguinem eli cias. Consurgite, & abluite manus, priusquam recite-tur gratiarum actio. Amoue mensam, voca ministrã, vt pauimentum hoc scopis verrat. Agamus Christo gratias: preeat verba, qui sacrauit mensam. FLO. Pro cibo temporario gratias agimus Christe domine tem porarias, fac vt pro immortalitate agamus æternas. Amen. MAG. Ite lusum, & confabulatum, & deambulatum, quò libuerit, dum licet per lucem.

Analecta, reliquiæ, quę colligun tur.

GAR-

GARRIENTES.

Nugo, Gracculus, Turdus, Bambalio, Obseruator.

NVG. Assideamus in hac trabe: tu Graccule è conspectu in saxo illo, modò ne impedimēto sis, quo minus cernamus prætereuntes: applicemus nos ad hunc parietem, egregiè soli ostētum. Quam grādis truncus, & cui vsui? TV. Vt nos hic sedeamus. NV. Oportet fuisse procerissimā & latam arborem, vnde est sumptus. TV. Quales sunt in India. GR. quis scis? fuisti tu in India cū Hispanis? TV. Quasi scire aliqd de regione quapiam non possis, nisi ea in fueris, sed dabo tibi autorem meum. Plinius scribit in India crescere ad eam altitudinē, quæ nō possit iaculo superari.

Et gēs illa quidem sumptis nō tarda pharetris, Vt 2. Geor.
ait Vergilius: NV. Scribit etiā Plinius, turmam equitum condi sub ramis. TVRD. Nemo id meretur, qui scirpos illius regionis consideret, quibus infirmi fulciunt gradum, diuites duntaxat. GRA. Heus, quota est hora? NV. Nulla, nam horarum tintinnabulum nunc funditur: adfuisti? GRA. Non sum ausus, nam aiunt rem esse periculosam. NV. Ego interfui, & vidi innumeras mulieres pręgnantes transilire canalem fusionis, qui est sub terrā conditus. TVR. Audiui hoc illis esse salutare. GRA. Ea est colus philosophica: vt dicunt: sed de hora quærebam. NVG. Quid tibi opus est hora, si quid vis agere; dum est opportunitas, est hora. Sed vbi est horologiū tuum viatorium? GRA. Excidit mihi nuper quum fugerem canem olitoris, post decerpta pruna. TVR. Ego te curentem vidi de fe-

nestra

nestra.sed quo recepisses te spectare nõ potui,qa impedimento mihi erat hortus pensilis,quem ibi mater affixit patre inuito, & multum reclamante. mater verò in proposito conctans obtinuit, ne tolleretur. NV. Quid tu? aiebas? TVR. Flebam tacitus quid enim aliud agerem,dissentientib.mihi charissimis capitibus? tametsi mater iubebat me ab se stare,& clamare strenuè,sed mihi non erat cordi quidquam aduersus patrẽ mutire.Ego missus sum ad scholam,quatuor cõtinuis diebus intentatus à matre irata, & deierante me non esse ex se natum,sed commutatũ a nutrice, de quo ait dicturam se nutrici diem apud pretorem capitalem. NV.Quid rei est prætor capitalis? an nõ prætor omnis habet caput? TVRR. Quid ego scio? sic illa dixit. GRA. Hem, qui sunt isti penulati & ocreati? NV. Galli sunt. GRA. Quid, est ne pax? TVR. Bellum narrabant futurum,& quidẽ atrox. GRA. Quid adferunt? TV. Vinum.NV.Exhilarabunt multos.GR. Scilicet, nõ solum uinum exhilarat,sed uini mẽtio & recordatio. NV. Vinosos utique, ea nihil refert, qui aquã bibo.GRA.Nunquã facies bonum carmẽ.TV. Nosti illam mulierẽ GR.Non,quæ nã est? TVR.Aures habet gossipio obturatas.GR. Quid ita? TV. Ne quid audiat,quia male audit.NV.Quam multæ pessime audiũt aurib.patẽtibus,& bene perforatis.TV. Credo huc pertinere,quod est apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus. Surdaster erat M.Crassus.sed illud peius, quod malè audiebat, NV. Non dubiũ est quin hoc ad infamiã sit referendũ. Sed heus tu Bãbalio,inuenisti tuas Tusculanas q̃stiones? BAM. Etiã,

apud propolã, adeò interpolatas, vt non agnoscerem. NVG. Quis surripuerat? BAM. Vatinius, quod illi malo sit. GRA. Vah hoĩem manib. aduncis & picatissimis: ne admittas eum vnquã ad tuas capsas, nec ad scrinia, si vis oĩa esse salua. Nescis illum crumenisecam existimari ab hoĩbus, & de crumenisecio accusatum apud gymnasiarcham. NV. Soror puellæ illius enixa est heri gemellos. GRA. Quid mirum? Mulier quædam via Salaria, ad Leonẽ galeatum, peperit nudius sextus tergeminos. NV. Plinius dicit, ad septimum procedi. TVR. Quis veſtrum audiuit de vxore Comitis Batauiæ: quam ferunt vno partu tot edidiſse, quot sunt in anno dies, ex impecratione mẽdicæ cuiusdam. GRA. Quid istuc fuit de mendica? TVR. Mendica hæc liberis onusta, petijt ab hac Comite ſtipẽ, illa vbi conspexit tot pueros, conuicio illam abegit, scortum vocitans, negabat enim poſse fieri, vt ex vno viro tantã sobolem suscepiſset. Innocens mendica precata est diuos, vt si se caſtam & puram scirent, darẽt Comiti ex marito suo tot fœtus vno conceptu, quot sũt in anno dies, et ita contigit, ostenditurque propago numerosa illa in opido quodam illius insulæ. GRA. Malo credere, quam exquirere. NVG. Omnia sũt Deo possibilia. GR. Imò verò facillima. NV. Non noſti illum onustum retibus, comitatum canibus, cum causia & peronibus vehentem cantherio strigosiſsimo? TV. Eſt ne Mannius versificator? NV. Est planè. TV. Quænã tanta metamorphosis? NV. Ex Minerua transiit ad Dianam. i. ab honestiſsima ocupatione ad inanem, & stultũ laborem. Pater eius mercimonijs faciundis au-

Causia, est pileus aduersus æstum.

xerat rē: hic paternā artē dedecori sibi esse ducit, vertit se ad alēdos equos & venationē, nō aliter ratus posse nobilitatē gñis venari. Nā si qd ageret vtile, non haberet pro nobili. Seqtur eū venātē talis, Curius, perditus homo, aleator famosissimus, & qui probè nouit taxillos mittere compositos: domi hēt sodalem Tricōgium. TVR. Imò amphoram. GR. Imò spōgiam. NV. Imò arenam Africę aridissimam. BAM. Aiūt illum semper sitire. NV. An sitiat nescio, semper certè paratus est potare. BAM. Au, auscula lusciniolā illam. GRA. Vbinam est? BAM. Non vides eam in ramo illo sedentē? vide, vt canit ardēter, nec ītermittit. NV.

Compositos ita vt cadant vt ipse vult.

Martial. lib. 3.

Flet Philomela nefas.

FR. Quid mirum dulciter eā garrire, q̄ sit Attica? ubi etiam fluctus maris non sine numero alliduntur littori. NV. Plinius scribit, eam præsentibus hoībus diutius, & accuratius cātare. TVR. Quid causæ est. NV. Ego tibi causam aperiam. Cuculus & Philomela eodem cantant tpe, verno s. ab Aprili medio ad Maium exactum, aut eo circiter. Hæ duæ aues in contentionē venerunt, de suauitate concentus. quæsitus est iudex: & quia de sono erat certamen, aptissimus visus est ad eā cognitionē asinus, qui præter cæteros animātes grādes haberet auriculas. Asinus repudiata luscinia, cuius se harmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo adiudicauit, philomela ad hominē appellauit, quem vbi videt, agit statim causam suam, canit diligenter, vt se illi approbet ad vindicandum iniuriam ab asino acceptam. GRAC. Habeo causam poeta dignam: NV. Quid ergo, expectabas philosopho dignam? po-

Libr. 10. cap. 9.

sce

ſce à nouis illis magiſtris Pariſienſibus. GRA. *Plerique illorũ veſtibus ſunt philoſophi, non cerebro.* NV. *Quid ita veſtibus? nam coquos potius dixeris, aut muliones.* GRA. *Quia geſtant eas craſſas, detritas laceras, lutulentas, immundas, pediculoſas.* MV. *Erũt ergo philoſophi Cynici.* GRA. *Imò cimici, non quod videri affectant, Peripatetici. quippe Ariſtoteles ſectæ princeps cultiſſimus fuit. Ego verò longum Vale dico iam nunc philoſophiæ. ſi aliter non poſſum eſſe philoſoph⁹. Quid enim pulchrius, & homine dignius, quam munditties, & ciuilis quidam cultus in victu & veſtitu? ea in re anteſtant mea ſententia Louanienſes Pariſienſibus.* TVR. *Quid tu? non putas eſſe impedimento ſtudijs nimiam curam munditiei atque elegantiarum?* GR. *Ego quidem munditiem probo, anxiam & moroſam illius curam improbo.* NVG. *Damnas tu elegantias, de quibus ſcripſit Valla tam diffusè, quaſq; adeo diligenter commendant nobis noſtri præceptores?* GR. *Alia eſt verborum in loquendo elegantia, alia rerum in ueſtiendo.* TVR. *Scitis qđ fuerit mihi narratum à tabellario Louanienſi:* NV. *Quid tãdem?* TVR. *Clodium ardere perditè in puellam quandam, & Luſconem tranſtuliſſe ſe ad mercaturam à literis: hoc eſt, ab equis ad aſinos.* NVG. *Quid audio.* TVR. *Clodium noratis omnes ſucci plenum, rubicundulum, bene habituatũ, hilarem, uultu renidẽti, comem, feſtiuum, confabulatorem. nunc refert ille, eſſe ex ſuccũ, exanguem, pallido colore, atque adeò lurido, imbecillum, horridum, trucem, taciturnum, fugitantem lucis, & humani uſũ cõſortij: nemo ꝗ illũ vidiſſet prius,*

Ariolaris Ludouicc.

iam

iam agnosceret. NV. O miserum adolescentem, vnde id mali? TVR. Ex amore. NV. At vnde amor? TV. Quantum ex oratione tabellarij potui colligere, reliquerat seria & solida studia, dediderat sese totum poetis lasciuis, Latinis, & linguæ vulgaris. inde prima animi præparatio; vt si qua ignis scintilla in illum incideret fomitem quantumlibet exigua, subito inflammaretur velut stuppa, tradiderat se somno & otio. NV. Quid necesse habes plures aut maiores causas amandi commemorare? TVR. Nunc insanit, ambulat plerumque solus semper autem vel tacitus, vel cantillans aliquid & modulans, scribit versus sermone vernaculo. NVG. Scilicet,

Virgil. Egl. decima.

Quos legat ipsa Lycoris.

GRA. O Christe, auerte ab inimicis nostris tam perniciosum morbum. TVR. Nisi me ingenium Clodij fallit, recipiet se aliquando ille ad frugem meliorem, peregrinatur animus eius in nequitia, non habitat. GR. Et ille alter quas mercaturas exercet? TVR. Misit ad partem epistolam, flebiliter conscriptam de misera cōditione studiorum, quam, quod esset apertilis, legit ipse tabellarius, Pater homo crassæ. Mineruæ, transdidit eum à chartis ad lanas, pannos, glastum, piper, zingiber, cinnamomum. Nūc ille succinctus bracca, mirè diligens & sedulus in aromataria taberna, vocat aduentores excipit blandus, scandit, descendit per scalas infestissimas, profert suas merces, vertit, inuertit, mētitur, peierat: omnia sunt illi leuiora, quam studere. NV. A puero noui illum attentum ad rem, & delectari nūmulis, itaq. potiorem habuit nummationem,

Apertilis, quę aperiri possit integrè.

quàm

quàm literaturam, & vile lucrum antepoſuit excellẽtiæ eruditionis: aliquando pænitebit eũ. TV. Sed ſerò. NV. Indubiè prouideat, ne accidat ſibi, quod ſuo conſobrino. TVR. Cui? NV. Antonio in angiportu pomorum, ad tres graculos. Non audiſti illum ſuperiore anno decoxiſſe? GRA. Quid decoxit quæſo? eſtne hoc tantum malum? an non quotidie id fit in culinis omnibus? TV. Decoxit rem. GRA. Quam rem? TV. Alienã, & conturbauit. GRA. Nihilne reddidit creditoribus? TVR. Ex compactione, nam receperat ſe in aſylum, uncias ternas ex libris ſingulis. GRA. Hoc uocas tu decoquere? quum nihil crudius. ſed quomodo amiſit? TVR. Audiui equidem nuper de patre, non ſatis tamen intellexi. narrabat pater eum feciſſe verſuras damnoſiſſimas, quæ deglubuerunt eum, & deuorarunt uſque ad oſſa. GRA. Quid rei eſt uerſura? quid deglubere? TVR. Ne ego quidem noui, credo eſſe aliquid de furibus, NV. Vides illum obeſum? quem putes uix ſe poſſe cõmouere, petauriſta eſt, & funambulus. GRA. Ah tace, rem narras incredibilẽ. TVR. Non ipſe quidem ſuo corpore, ſed calcicib. GR. Adferebat aliquid aliud noui ad tabellarius de noſtris ſodalibus. TVR. Etiam de Hermogene, qui in omni noſtro certamine ſemper ferebat primas. is admirabili mutatiõe ex ingenioſiſſimo, & (ut ętas illius ferebat) doctiſſimo, repente factus eſt tardiſſimus & rudiſſimus. NVG. Tale quiddam ſæpe uidi accidere in quibuſdam acutulis. BAM. Aiunt, id fieri, quum ingenij acumen non eſt ſolidum: ut in ſcalpellis, quorum acies facilè retunditur, præſertim ſi quid ſe-*

*Conturbauit, rationes, ſ. nolẽs ſoluere creditorib'.

cet

cet paulò durius. GR. Quid, est ne acies in ingenio, sicut in ferro? BA. Nescio ferrum sæpe vidi, ingeniū nunquam vidi. NV. Quid factum est adolescenti illi pagano, qui superiore mense exhibuit nobis prādium aduentorium, refertum delicijs rusticis, ad quem à fuga retrahendum præceptor miserat quatuor fugitiuarios? & erat formosulus. TVR. Venustus asinus. Puella amanuensis amitæ meæ, quæ puella est illi soror patruelis, conuenit illum nuper in pago suo nudo capite, impexum, horridum, sentum, cum gallicis, & tunica villosa leuidensi, vendentem in triuio quodam chartaceas imagines, & tabellas elementarias, cantantem cantiones nouas in circulis. GRA. Oportet illum esse ortum claro sanguine. TV. Qui isthuc? GRA. Quoniam pater eius est de genere Coclitum. NV. Nō tam id arguit nobilem virum, quam bonum iaculatorem, collimabit facilè. TVR. Aut fabrum tignarium, qui oculo rubricam dirigit vno. NV. Nunquā placuit mihi ille, puer nec dederat mihi significationem aliquā, virtutis. GR. Quid ita? NV. Quia nec amabat studia nec pceptorē reuerebatur, qđ est pditi animi argumentum euidentissimum: & senes irridiebat, & calamitosos subsannabat. Sed quis est ille sericatus, torquatus bracteatus auro? GR. Ex genere clarissimo, matrem habet nobilissimam & fœcundissimam. NV. Quam? GRA. Terram. & vix credas, quas semper faciat delicias dicas puerulum in cunis adhuc & crepundijs vagiētem. NV. Atqui lanugo illi incipit iam per malas serpere. BAM. Hem obseruator venit, expedite libros, explicate, incipite euoluere. GRA. Nec fuit his

mul-

Prādium aduentorium, pro suo fęlici aduentu.

Fugitiuarij qui retrahunt seruos à fuga.

Amanuēsis, quam hera hēt semper sibi paratā ad manū.

Gallicæ, socci lignei.

Villosa leuidensi crassa, qualis est Frisia.

Collimabit attinget scopū.

multis hebdomadibus obseruatur magis curiosus, & qui tam gauderet deferendis ad magistrum criminibus. BAM. *Vtinam saltem nos veræ culpæ reos ageret: sed calumniatur plerumque.* NV.

Hic murs aheneus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa, Hor. epist. 1. lib. 1.

Sed quiescite, ego illum statim hinc fugabo. OB. *Quid tu dicis Vacia?* NV. *Quid tu vatrax?* OBSE. *Quid tu Vatrachomyomachia? sed ioco amoto, quid hic agitur?* NV. *Quid ageretur? q̃ inter bonos scholasticos, & studiosos: legitur, ediscitur, disputatur. Dic sodes capitulum lepidissimũ, q̃d est apud Virg. Transuersa tuentibus hircis?* Virg. OBS. *Bene facitis, pergite studere, vt bonę indolis adolescentes decet; mihi aliud nunc est negotij, vos valebitis.* NV. *Satis nugatum est, reuertamur, ad ludum, sed prius relegamus, quæ præceptor explicauit, tum vt discamus, tum vt illi placeamus, & nos approbemur; quod cuiq; nostrum debet esse in votis, non minus quam patri.*

ITER ET EQVVS.

Misippus, Philippus, Misospudus, Planetes, Puer, Rusticus.

PHIL. *Vultisne proficiscamur animi gratia Baloniam, quæ est ad Sequanam?* MISI. & MISOS. *Nihil malumus, die præsertim sereno, & à ventis silenti, tum etiam nostro pædagogio feriato.* PHILIP. *Cur nõ est vobis operarius?* MISO. *Quia Pandulphus madefacturus est hodie ingenti prandio magistros omnes, in honorem laureæ suæ magistralis.* PLA. *Vah quantum potabitur.* MI. *Multo plus sitietur.* MISI.

Ego

Asturco equus ab Asturia opido Hispanię sic dictus. Pedestre, idē quod terrestre. Mannus ronzino ageuole. Orea, corrigia, quæ est sub ore. Aureæ, corrigiæ ad aures. Antilena est lorum anre pectus. Postilena lorum ab strato ad caudam.

Ego habeo austurconem. PHI.Et ego equum meritorium, conductum de lusco impostore.MI.Ego & Planetes, vehemur rheda: reliqui, si videt, vel pedestres sequentur nos, vel vi bracchiorum agent cymbam cō tra cursum amnis.PLA.Imò equis trahetur.MI.Vt erit cordi nam nobis pedestre iter magis placet.PHI. Eia puer, frena equum meum, & insterne.quid malùm manno indis lupatum? orna potius frenulo illo læui cùm bullis.PV.Hui,nec oream habet, nec aureas. PHI.Si scirem quis fregisset,ego illi frāgerem.MIS. quid tu nunc dices concitatus? PHI.Panem in cena. Accipe, vnde poteris, accommodato.PV.Scilicet in mediјs pædagogijs quæris tu vel equos, vel equorum ornamenta.PHI.Supple igitur quæ desunt,ex hoc fune.PV.Erit deforme. PHI.Abi insane, quis videbit extra vrbem! PV.Antilena est dissuta.PHI.Sarcias ligula astrictoria aliqua.PV.Non habet postilenam. PHIL.Nec est opus. PLA. Magnum equitem, & exercitatum.delabetur ephippium ad collum, & effūdet te equus supra caput.PHI.Quid ad me! lutosa est magis via,quam lapidosa: inficiar cæno, non cruentabor.Sed si hæc omnia apparanda, non hinc discedemus ante vesperum:adhuc equum qualicunque or natu.PV.Paratus est, conscendæ.ah quid agis,pedē dextrum ponis priorem in stapeda.PHI.Vtrum ergo? PV.Sinistrum, & habenas sinistra manu rege: dextera cape hanc virgulam,quæ erit pro calcaribus. PHI.Non indigeo: calcanei erunt mihi vice calcarium.PV.Iubellium Tauream videtis, aut qui cum hoc est congressus, Assellam.PHI.Apage historias in

pro-

pro cinctu: vbi reliqui; PV. Ite, ego comitabor vos pedester. MIS. Oequum molestissimum succussatorem, ossa mihi omnia contuderit, priusquam perueniamus in opidulum. PHIL. Quid malum, est stratum istud tuum? clitella est, vt puto. MISI. Paulo minus. PHI. Quanti, quanti? MIS. Nummis Turonēsibus quatuordecim. PH. Equū ipsū cū suo victu & vestitu tāti nō emerim: nec videtur mihi equus vector, nec ephippiarius, sed iumentum clitollarium & iugale, aut dossuale. animaduerte quæso, vt passim cespitat? vel in chartam, aut latum culmum impingeret. MIS. Quid tu de eo dicis, pullus est adhuc. Sed garrias, quæ voles. vides tu hunc equum? is qualis qualis est, me vehet, aut ego illum. PV. Vngulam hēt tenerrimā miser. PHI. Quid, admonuit te tā accuratè vnoculus, quū tibi eū insterneret? MIS. Rogauit verbis amantissimis, ne duo insideremus equo, alter in strato alter super clunes, et vt in equili diligenter ei substernerem. PV. Nimirum eget missellus, q latera hēt nudata carne. PHI. Quid agitis vos? non ascenditis in rhedam? PL. Probè mones, rhedarius petit nunc altero tanto plus, quam quāti eramus pacti. PHI. Cum rhedarijs est uobis res, & cū nauiculatoribus, facile conficietis omnia, & ex animi sententia genus hominum est mite, mansuetum, come, vrbanum, pium; Rhedarij sunt fæx terræ, nauiculatores fæx maris date illi dimidium eius, qđ plus poscit. PV. Quotam esse iam horam cēsetis? PHI. Ex sole conijcio esse vltrà decimam. PVB. Appetit iam meridies. PHILIPPVS. Itane? heus Misippe, eamꝰ. sequatur qui poterit. Inuenient nos ad Galerum pur-

Clitella, il basto. Dossuale quod dorso aliquid portat antiqui dorsum dicebant dossum, vt Varro docet.

Vnoculus quem supra uocauit luscū.

Substernerem, paleam ad cubandū.

Curio, est sacerdos q præ est pareciæ curatus vulgo.
Tormenta manuaria, quas sclopetas vocant.
Sarissę hastę prælongæ, ita à Macedonibus vocatæ.
Helcium ἀπὸ τοῦ ἕλκειν quod est traho Vel est funis quo pectori equorum adnexo trahuntur onera.
Canthus ferrum quo superficies rotæ vincitur.

pureum. ea est taberna diuersoria sita contra regiam pyramidem non procul à domo Curionis. MIS. Qua egrediemur? PHI. Per portam Marcellinam, ad dextram, simplici via & directa. MI. Imo teneamus hãc semitam, via iucunda & placida. PHI. Minimè verò, nihil commodius ac tutius, quàm via Regia, nam transuersis itinerib. amittem⁹ comites: presertim q̃d trames ille, nisi me fallit memoria, est valde sinuosus, & ambagiosus. MISIP. Qui sunt isti hastati? videntur milites ex istis mercenarijs. PHI. Quid agendũ? MI. Reuertamur ne nos spolient. PH. Progrediamur: nam facilè euademus eos cursu equorum per campos; MIS. Quid si gestent tormenta manuaria? PHI. Nihil tale cerno sed solas sarissas. MIS. Accede propius puer. PV. Quid rei est? MI. Non tu vides illos Germanos? PV. Quos? MI. Illos huc venientes aduersus nos. PV. Planè sunt Germani, sed Parisienses, rustici duo cũ suis baculis. MI. Profecto ita est, bene sit tibi, animã mihi & vitã reddidisti. Sed vbi Misospudus & planetes. PV. Rhedarius iratus, quod non quãtum pustulauerit accipiat, duxit eos via salebrosa: equi dum magna enituntur vi rotas in alto cæno herẽtes extrahere, temonem & helcia confregerunt tum canthi reuulsi sunt cum clauis, & ipse rotam sufflaminauerat imprudens, bili excæcatus: nunc ea reficit stomachabundus, & conuitians diuis omnibus, vectores quoque diris deuouens atrocissimis. PHILIPPVS. Quæ capiti illius sint. PVER. Puto eos rheda relicta transituros in sarracum, quod sine onere habet iter Boloniam. Glaucus & Diomedes ingressi erant

in scapham quandam, sed nautæ negant se hoc vento posse remis aut contis agere nauigium. equos helciarios narrant omnes esse occupatos, nescio qua materia vehenda: ita nondum religarant prymnesium PHI. De naulo nihil noui. PLA. Nihil prorsum. PHI. Mirum est sed coniicio quid futurum sit, non peruenient illi Boloniam ante serum diei. MIS. Quid tum? Sumus diem crastinum totum ad reficiendum animum. Aspice vt fluuiolus ille leniter labitur, aquæ planè crystallinæ inter scrupos aureos, quam iucundum murmur? Audis luscimolam, & carduelem? Profectò territorium hoc Parisiense, amœnissimum est. PH. Quod spectaculum potest esse huic par quàm placido agmine fluit Sequana? vt fertur nauicula illa plenis sinibus & secundo vento? mirificè his omnibus redintegrantur animi. ò pratum miro artificio vestitū. MI. Nempè ab admirabili artifice. PHI. Quā suauem odorem eructat. MIS. Hac, hac ad sinistram flectito, vt vites cœnum tenacissimum, in quo gradarius tuus statim vnguem amitteret, Quàm contrarius hic campus suo vicino, obsitus situ, squalidus, cariosus, horrens petris, & spinis armatus? PV. Nō vides esse agrum ruderatum ex villæ ruinis, qui alioqui frumentarius est. Hyberno puluere, verno luto, magna farra Camille metes. PHI. Quæso cātilla versus aliquod, vt soles. MIS. Placet.

Equi helciarij, qui trahūt nauigium. aut similia.

Primnesium, funis est, quo nauiculæ terræ alligātur.

Gradarius equus q. sine succussatione molliter incedi.

Felix ille animi, diuisq; simillimns ipsis,
Quem non mendaci resplendens gloria fuco
Sollicita, non fastosi mala gaudia luxus:
Sed tacitos sinit te dies, & paupere cultu

Virgil. Geor.

Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

n Rusti- o, circa aitium. *PHI. Versus facetissimos, & grauissimos, cuius quæso sunt. MIS. Non agnostis? PHI. Non. MIS. Angeli Politiani. PHI. Vetustiores putaui, & habent gratiam antiquitatis. Suspicor nos deerasse. MIS. Heus bone vir, quà itur Boloniam? RVST. Aberrastis, obuertite* Canthe- a le chi ee. *cantheria vestra ad biuium illud, & tenete viam quam rodit flumen, ea vos non sinet falli. recta est, & simplex vsq; ad uetustam quercum, inde ad manum hanc vos præcipitatote. MIS. Habemus gratiam. RV. Ducat vos Deus. MIS. Mallem currere, quàm sic ab equo isto concuti. PH. Tanto cenabis auidius. MI. Imò non potero cenare delaßatus, & confractus toto corpore: citius quæram de lecto, quam de mensa. PH.* Non di- aricatis, ioè a ca alcione, oniũctis turibus aualcar on le gã- e tutte ue da alato. *Sede coniunctis cruribus, non diuaricatis. minus senties laborem. MIS. Hoc est feminarum, & facerem, nisi metuerem derisus & sannas pretereũtium. PV. Siste parumper Philippe, dum hic faber ferrarius calciarit asturconem tuum, cui excussa est solea dextri pedis. MIS. Quin potius moremur hic, vt clauso diuersorio sub dio dormiamus. PHI. Quid tum? in aperto mundo, an non id præstabilius, quam in clauso? grauius eßet quòd incenes.*

SCRIPTIO.

Manricus, & Mendoza, Puer, Magister.

M*AN. adfuistin' hodie, quum ille haberet orationem de vtilitatibus scribendi. ME. Vbinã? MAN. In auditorio Antonij Nebrissensis. MEN. Minime verò, sed tu recense, si qua hæserunt memoriæ. MAN. Quid ego recenseam? dixit tam multa, vt om-*

omnia propè exciderint.MEND.Ergo contingit tibi, quod de vasis angusti orificii Quintilianus dicit,quod superfusam humoris copiam respuunt:sensim si instilles,recipiunt.Sed nihil retinuisti penitus.MA.Prope modũ nihil.MEN. Aliquid igitur.MA.Perpusillũ. MEN. Isthuc ipsum perpusillum fac mihi etiã cõmune.MAN.Primum omnium aiebat esse per quàm admirabile,tãtam varietatem humanarum vocum paucis potuiße literis comprehendi: deinde amicos absentes posse inter se beneficio literarũ colloqui. Addebat nihil eße visum mirabilius apud insulas istas à regibus nostris recenter inuentas,unde aurũ adfertur,quã poße inter se homines aperire quæ sentiant,tãto interuallo regionum missa chartula aliqua maculis nigris distincta.Rogabant enim,an papyrus sciret loqui.hęc ille,& alia permulta,quæ sum oblitus.MEN. Quam diu dixit? MAN.Horas duas. MEN.Ex tam longa oratione tam paucula mandasti memoriæ? MAN. Mãdaui quidem memorię,sed ea noluit retinere.ME. Planè dolium habes filiarum Danai MAN.Imò excepi cribro,non dolio.MEN.Accersamus aliquẽ, qui tibi ea quæ ille dixit , redigat in memoriam. MAN. Mane tamen , nam aliud quiddam cogitatione quæro:teneo.MEN. Eloquere tandem, cur nõ excipiebas pẽna.MA.Non erat ad manũ.MEN. Ne pugillares quidẽ?MA. Ne pugiles qdẽ.MEN. Exprime hoc tãdẽ.MA.Aufugit iã,tu excussisti mẽti, tam odiosè interpellando.ME.Hui tam cito? MAN. Rediit in memoriam. Ex autoritate nescio cuius scriptoris affirmabat,nihil esse ad magnã eruditionem compendiosius,

Lib.1.c.2. cir.fi,

quã probè ac celeriter pingere. MEN. Quis est autor? MAN. Nomen sæpe audiui, sed memoria effluxit. MEND. Vt alia, sed huic præcepto non paret vulgus nostræ nobilitatis, quæ pulchrum & decorum sibi esse ducit, nescire literas formare: dicas scarificationem esse gallinarum, & nisi præmonitus sis cuius sit manus, nunquam diuinaris. MAN. Et ea de causa uides, quã crassi sint homines, quam amẽtes, & opinionibus corruptissimis. MEN. Quomodo sunt uulgus, si nobiles? an non hæc multum inter se distant? MAN. Quia vulgus nõ vestibus & possessionibus distinguitur, sed vita & iudicio de rebus integro. MEN. Vin' ergo ut uos vulgari ista inscientia vindicemus? tradamus nos huic exercitamento. MEN. Nescio quo pacto naturale est mihi, distorte, inæqualiter, perturbate exarare literas. MEN. Hoc habes nobilitatis exerceas te: nam aßuefactio mutabit quod naturale esse ducis. MAN. Sed vbi his hẽt? MEN. Ex me tu id quæris? qui nec audiui hominem, nec vidi, quum ipse eum audieris tu, quantum intelligo, velles omnia ingeri tibi præmansa in os. MAN. Nunc commemini: aiebat sibi domum conductam iuxta ædem diuorum Iusti et Pastoris. MEND. Est ergo vicinus vester. eamus. MAN. Heus puer, vbi est magister? PV. In illo conclaui. MAN. Quid agit? PV. Docet quosdã. MAN. Significa illi, astare hic præ foribus, qui huc etiam veniunt, vt ab eo doceantur. MAG. Qui sunt pueri isti? quid petunt? PV. Te cupiũt conuentum. MAG. Admitte eos ad me recta. MAN. & MEN. optamus tibi salutem, & omnia prospera, Magister. MA. ego

vicißim vobis felicem huc ingreßũ. Sospitet vos Christus, quid est? quid vultis? MAN. Doceri abs te artẽ istam quàm profitere, si modo vacat, et si vis. MAG. Profecto oportet vos eße pueros honestißimè educatos, qui & sic loquamini, & tã modesto sitis ore. Nũc verò magis, quũ tota facie suffudit se vobis rubor. cõfidite filii, nam iste est color virtutis: qui vocamini? MA. Maricus, & Mendoza. MAG. Nomina ipsa testantur ingenuam educationem, et generosos animos. Ita demũ eritis verè nobiles, si iis artib⁹ excolatis animos, quæ maximè sunt dignæ claris natalibus: quanto magis sapitis vos, quam multitudo ista nobilitatis, qui eo se habitum iri generosiores sperant, quò imperitius pingant literas. Sed minimè est hoc mirandũ: quãdoquidem persuasio hæc dementiam nobilitatis iampridem inuasit, nihil esse abiectius aut vilius, quã aliquid scire. Ergo videre est, illos epistolis à librariis suis compositis subscribentes, id quod legi nullo pacto potest, nec scias à quo tibi epistola mittatur, nisi sit à tabellario prædictũ, aut signũ agnoscas. MA. Id modo ego et Mẽdoza, querebamur. MA. Sed venitis huc armati? MAN. Minimè verò bone præceptor, vapularemus à nostris pædagogis, si ausi eßemus arma hac ætate vel aspicere, nedum tangere. MAG. Ah ah, non loquor de armis crudelitatis, sed de istis scriptoriis, quæ ad præsentem rem faciunt. Habetis thecam pennariam cum pennis? ME. Quid est rei theca pennaria? an ea, quam nos calamarium nominamus? MAGISTER. Ea ipsa: nam antiquißimi homines solebant stylis scribere: quibus successerunt

calami, & potissimum Nitolici; Agareni, si quos vidistis, arundinibus scribunt à dextra in sinistrã, sicut oẽs penè ad Orientem nationis: Europa Græcos secuta, cõtra à sinistra in dextram. MAN. Etiam Latini. MA. Latini quoq; filii: sed hi à Græcis habẽt originẽ, et olim veteres Latini scribebãt in mẽbrana deletili, q̃ vocabatur palimpsestos, tum una tantũ facie. nã qui vtrinque erant libri conscripti, epistographi dicebantur: qualis fuit Orestes ille Iuuenalis; scriptus & in tergo, nec dum finitus. Sed hæc alias. Nunc ea quæ instãt. Anserinis pennis scribimus, aliqui gallinaceis. Vestræ istæ sunt egregiè habiles: nam sunt caule ampla, & nitida, et firma, detrahite plumulas scalpello, & detruncatè aliquid è cauda: tum eradite, si quam habent scabriciem; nam leuigatæ fiunt aptiores. MA. Nunquam ego gero nisi deplumatas, & nitidas. sed institutor meus docuit me eas leues facere saliua, & affricatione aduersum tunicam, vel feminicruralia. MAG. Præsens consilium. MEN. Doce nos aptare pennas. Primum omnium rescindetis vtrinq; caput, vt fiat bifurcata: tum in superiore parte incisuram facite scalpello sensim ducto, quæ crena vocatur: hinc æquate duos illos pedũculos, seu mauultis nominare crus cula, ita tamen, vt altius sit dextrum, in quod pẽna scribendo incumbit: id tamen discrimen vix perceptibile oportet esse. Pennam si firmius vis chartæ imprimere, tribus digitis teneto: sin celerius, duobus, pollice & indice, more Italico. Nam medius inhibet magis cursum, & moderatur, ne se immodicè effundat, quam adiuuat. MAGISTER. Profer atramentarium.

Sat. 1.

rium. MEN. Heu me, cornu atramentariũ elapsũ est mihi venienti. MAG. Puer profer ampulam illam atramentariam, ex ea effundemus in hoc mortariolũ plumbeum. MEN. Sine periculo? MAG. Ita hauriar penna liquidius, & commodius, nam in gossipio, vel filo bombycini, aut lini, quum pennam intingis, adhæret sp crenæ fibra aliqua vel flocculus, in quo detrahendo fit mora scriptioni: aut si non detrahas, litturas verius effingas, quã litteras. MEN. Ego ex sodaliũ cõsilio linteolũ Melitẽse indo, aut bombycinum læue ac tenue. Istud verè est satius. Cæterum multo præstat, solum atramẽtum infundere in mortariolo quidem fixo, nã quod circum gestandum est, huic omnino opus est periculo. Cæterum habetis chartam? MEN. Hãc. MA. Asperam admodum, & quæ pennam remoretur, ne inoffensè decurrat, quod est studijs noxium. Nam dũ luctaris cum scabricie chartæ, elabuntur multa ex ijs, quæ scribẽda cogitaueras. Hoc genus chartæ amplæ, dẽsæ, durę, scabræ, librarijs relinquitę: quæ iõ libraria nuncupatur, quod ex eis fiant ad diuturnitatem libri. nec illam quotidiano usui paraueris grandem, augustanam, siue Imperialem, quæ de rebus sacris hieratica nominatur: quales uidetis in libris sacrarum ędiũ acquirit e uobis chartam epistolarum, quæ ex Italia adfertur optima tenuissima, & firma: uel vulgarem illam, quam ex Gallia important, quam passim inuenietis venalem in singulos codices numis octonis plus minus, dabitur uobis pro corollario philura una aut altera chartæ emporeticæ, quam bibulam dicimus. MENDOZA. Quæ est horum nominum ratio? nam

ſæpe dubitaui. MAG. Emporetica de Græco venit, ab inuoluendis mercibus, & bibula, quòd atramẽtum ab ſorbeat. Ita non erit vobis opus furfuribus, aut ſabulo, vel puluere de pariete eraſo. Sed omnium optimã eſt. quum per ſe litteræ exiccantur. eo enim modò diuturniores fiunt: Proderit tamen emporetica, quã ſub manum extendatis, ne ſudore, aut ſordibus maculetis papyri candorem. MAN. Cedo iam nobis, ſi videtur, exemplar. MAG. Primũ abecedarium, deinde ſyllabatim, tum verba coniuncta, ad hunc modum. Diſce puer, quibus fias ſapientior. & proinde melior. Voces ſunt animorum ſigna inter præſentes, literæ inter abſentes. Hæc effingite, & redite huc à prãdio, vel cras, ut ſcripturam veſtram emendem. MAN. Faciemus. interea commendamus te Chriſto: MAG. Et ergo uos eidem. MENS. Secedãus, vt abſque interuentu ſodalium & interpellatione meditemur, quæ à magiſtro hoc accepimus. MAN. Placet mihi, ita fiat. MEN. Vẽtum eſt, quò volebamus. aſſideamus in his ſaxis. MAN. Etiã, ſed auerſi à Sole. MEN. Mutua mihi dimidiũ chartæ foliũ, quod reddam cras. MAN. Sufficit tibi hoc fruſtulum? MEN. Hui, non capiet ſex verſus, ex meis prẹſertim. MAN. Scribe in vtraq; facie, & duc verſus dẽſiores, quid neceſſe habes tã magna interſticia relinquere? MEN. Egone? vix interuallũ eſt vllum. nam literæ ſeſe vtrumque attingunt. præſertim quẹ longos habent apices, aut pedes, vt b, & p. Sed quid tu? iamne duos verſus exaraſti? & quidem eleganter, niſi quòd ſunt parui. MAN. Scribe tu ſeorſum, & tace. MEN. Enimuero penna, & atramento

mento hoc scribi nullo pacto potest. MAN. Quid ita? MEN. Non cernis, vt penna respergit chartam atramento extra litteras? MAN. At atramentum meum adeò est crassum, ut limum esse credas. aspice amabò, ut hæret in summa crena, nec ad characteres formandos defluit. Quin igitur utrique incommodo medemur, tu de cuspidibus pennę rescinde scalpello, quo ad atramentum commodò colligat in literas: ego in atramentarium, quo sit atramentum liquidius, instillabo guttas aquæ aliquod. MEN. Immerito potius. MAN. Ob ne lotium? fœtebit atramentum ipsum, & quicquid scripseris, nec facilè deinceps odorem hunc elueris è pẽniculo. optimum esset acetũ, si haberes ad manum, nam hoc ui sua statim distrahit densum atramentum. MEN. Verùm: sed periculosum est, ne acrimonia sua chartam penetret. MAND. Nihil tale metuas, hæc charta maximè omnium continet atramentum, ne effluat. MEN. Extremæ huius tuæ chartæ oræ inæquales sunt, rugatæ, & asperæ. MAN. Demarginato chartam aliquantum forficibus. nam hoc est etiam elegãtius. aut citra eam asperitatem scribendo subsiste. Tibi semper leuissimæ offensiões satis magno impedimento sunt, ne pergas; sed quicquid est in manib. abijcias illico. MEN. Redeamus iam ad præceptorem. MAN. Videtur tibi tempus? MEN. Metuo, ne preterierit iam tempus, nam solet maturè cænare. MAN. Eamus, ingredere tu prior, qui habes minus cordis. MEND. Imò tu potius, qui minus frontis. MAN. Vide ne quis ab illo exeat, qui deprehendat hic nos iocãtes, et lesciuiẽtes. Pulsemus fores annulo,

etsi petentes. nã hoc fuerit vrbanius. At at. PV. Quis isthic? recta introeas, qsquis es. MA. Nos sumus, vbi est institutor? PV. In cõclaui. MEN. Oĩa sunt tibi fau sta pceptor MAG. Fæliciter veneritis. MEN. Effinxi mus quinquies aut sexies tuum exemplar in eadem charta, referimus hoc opus nostrũ ad te, emendandũ. MAG. Rectè facitis: Ostẽdite: posthac relinquite ma iorem intercapedinem versuũ, vt sit vbi ego possim corrigere vestra errata ad emendationem. Hæ literæ sunt admodum inęquales, quod est in scribendo fœdũ. Animaduertite, quãto n, maius est quàm e, & o, quã orbis huius p? nam literarum corpora omnia oportet esse æqualia. MEN. Quid quæso uocas corpora? MA. Media in literis, preter apiculos, et pedũculos, si quos habent: apices habent b & l: pedes p & q. Iam in eodem m. crura sunt Imparia. primum breuius est medio, & nimis magnam caudam trahit, sicuti & illud a. nec satis imprimitis pennam chartæ, vix hæret atramentum, nec dignoscas quæ sint elementa. Quòd literas has transformare tentaris in alias, erasis particulis cuspide scalpelli, magis deturpasti scripturam. satius fuisset, tenuem lituram inducere, tum & quod superest in fine versus transferre in caput sequẽtis, modo integræ sint sẽper syllabæ, quas secari non patitur lex Latinæ scriptionis. Augustũ Cæsarem prodũt memoriæ nõ solitũ verba diuidere, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alteram trãsferre; sed ibidẽ statĩ subijcere, & circũducere. MA. Nos id libenter imitabimur, quonam exemplum est Regis. MAG. Rectè facitis, quomodo enim aliter approba-

retis vos ex illius esse satos sanguine? Sed ne coniungatis omnes literas, nec omnes separetis. Sũt quæ uinciri inter se postulent, vt caudatæ cũ alijs, velut a, l, u. item hastatæ, vt f. & t, Sunt quæ recusent, nẽpe orbiculatæ, p, o, b. Quantum poteritis, recto capite scribite, nam inflexo atque incumbenti, defluunt humores ad frontem & oculos: vnde morbi nascũtur multi, & videndi imbecillitas. Accipite alterum exemplar, quod exprimatis Deo propitio.

Sed propera, nec te venturas differ in horas, Ouid. 5. de Rem. Am.
Qui nõ est hodie, cras min⁹ apt⁹ erit: *Et aliud:*
Curran verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suum, dextra pergit opus.

MEN. Visne etiam vt liturã hanc reddamus? MA. Lituram sanè, modo vt alia probè exarata. MEND. Interea optamus te bellissimè valere.

VESTITVS ET DEAMBVLAtio Matutina.

Bellinus, Maluendo, Ioannes, Fomezulus.

MA. Nempè hoc assiduè? iam clarum mane fenestras intrat. Stertimus, indomitũ qđ despumare falernum sufficit. Persius Sat. 3. BE. Apparet profectò insanire te. nam alioqui nec tam multò manè esses experrectus, nec versus & quidem satyricos, quo manifestus rabiem tuam patefacias. MALVE. Accipe ergo epigrãmatorios, edentulos & falsos; Surgite, iam pueris uendit ientacula pistor. Christatæq; sonat vndique lucis aues. Mar lib. 4. in fi. li. BE. Istud de ientaculo citius mihi somnum excuteret, quàm clamores tui. MA. Festiuissime nugator, precor tibi fęlicem hunc diem. BELL.

Et ego tibi faustam noctem, & bonũ cerebrum, vt simul, & dormire possis, & soluta oratione loqui. MA. Quæso te, seriò responde, modò seriò potes vnquam loqui, quam horam censes nunc eße? CEL. Medium noctis, vel plus paululum. MAL. In quo horologio? BEL. In meo domestico. MAL. Vbi tandem est tuum horologium domesticum? tu vt horologium vnquam habueris, aut inspexeris, cui oĩs hora est semper dormiendi, edendi, ludẽdi: studiendi verò nunquam? BE. Atqui hic habeo horologium mecum. MAL. Vbi? ostende. BE. In meis oculis. vide, vt nulla vi aperiri possint. obdormi rursus obsecro, aut certè tace. MA. Quid malum est Caro sit hęc, seu verius lethargus, et mors quædam? quamdiu putas nos iã dormisse? BE. Horas duas, vel ad summum tres. MA. Ter ternas. BE. Qui fieri isthuc potest? MA. Gomezule, i curriculo ad solarium Franciscanorum, & contemplare quota sit hora. DE. Apage solarium, quum sol nondum sit ortus? MA. Ortus verò? aperi fenestram istã vitreã, heus tu puer, vt verberet sol huius oculos suis radijs, plena sunt iam sole omnia, & vmbræ minores. BE. Quid tibi est rei cum ortu solis, & occasu? sine illum priorem te surgere, cuius maius est cõficiũdum iter diurnum Gomezule, cursim contendito ad D. Petri, ibi aspicito, & in horologio machinali, q̃ sit hora, & in gnomone. GOM. Vtrumque sum intuitus: in solario parum abest umbra a secunda linea, in horologio digitus indicat horam paulò plus quinta. BE. Quid narras? aliud ergo agẽdum restat ibi, vt hic sistas mihi fabrum ferrarium ex vico Lapideo, qui forcipe disun-

stringat has palpebras tam affixas. dic ei, reuellēdam esse è foribus seram aliquam, cuius sit amissa clauis. GOM. Vbinam habet? MAL. Istæ uerò seriò accerseret. Desine iam nugari, & surge. BEL. Surgamus tandem, quando ita obstinatus es animo. Vah, quā es odiosus sodalis. Exuscita me Christe ex somno peccati ad vigiliam iustitiæ, transfer me ex nocte mortis ad lucem vitæ. Amen. MAL. Fæliciter tibi procedat hæc lux. BEL. Et tibi hæc eadem, & aliæ quàm plurimæ letæ ac faustæ: hoc est, vt eam ita transigas, ne cuius virtutem lædas, neu quis tuā. Puer adferto subuculam mundam; nam hanc iam totos sex dies gestaui. Hem arripe pulicem illum salientem. Omitte nunc venationem pulicarem. quantulū erit pulicem vnum in cubili hoc extinxisse? MAL. Quantum guttam unam aquæ Dilæ huic adimere. BEL. Imò uerò mari Oceano. Nolo hanc subuculam collari rugato, sed alteram illam plano. nam rugæ hæ quid aliud sunt hoc tempore, quàm nidi, aut receptacula pediculorum & pulicum? MAL. Inepte, existes repentè diues, habebis pecus album, & pecus nigrum. BEL. Peculium numerosum magis, quam quæstuosum: & comites quos malim semper videre in vicinia, quàm domi meæ. Iube famulā resuere latera huius subuculæ, & quidem filo serico. GOMEZ. non habet. BEL. Lineo igitur, aut laneo, aut etiam si ita lubet ei sparteo. nunquam famula hæc habet, quod est opus: quod verò non est opus, affatim. te verò Gomezule nolo ego esse diuinatorem. exequere mandatum meū, & renuncia: ne arioleris, quid sit futurum. Excute

Dila fluuius est Louanij.

Mufcariũ fetaceũ, fcopula vocatur vulgò, Ydones, funt calceoli lintei.
Interula eft indufiũ fubuculæ pxi mum qđ p hyemẽ geftatur.
Sericum gaufupinum, vulgo vellutum.
Fuftadica pannusl ęuis, qui in Britannia te xitur.
Vincula veftiaria sũt aftrigmenta.
Fuftani, pãnus ex goffipio, qui texitur ĩ Germania.
Capripriliam, quæ vulgo dulata.
Vincinulli, globuli, ocelli: hæc oĩa funt, q b. ad pectus

puluerem è feminicruralibus concußu, hinc purga diligenter mufcario illo fetaceo. V dones dato itidem mũdos: nam hi funt iam exfudati, & pedore olidi Φεῦ amoue eos iſthinc, continuò offendit me fœtor grauiſſimè. GOME. Vis interulam? BEL. Non nam ex luce folis colligo diem fore calidam, fed cedo mihi thoracẽ illum dimidijs manicis ferici gaufapini, & tunicam fimplicem fuftadicam, cum vinculis veftiarijs oblongis. MAL. Imò fuftanicam. Quid iſthuc rei eft? quoniam ire cogitas, vt tam ornes te præter morẽ tuum, præfertim quum fit dies profectus? & pofcis ligulas deuinctorias caftrenfes. BEL. Et tu cur induiſti bombycinam læuem, recentem ab officina, quum habeas capripiliam, & damafcenam detritam? MAL. Dedi hæc refarciendo. BEL. Ego verò hifce meis magis commoditatem fpecto veftitus, quã ornatum vincinulifti, & orbiculi funt luxati. tu improbè inconfiderate femper diffoluis. MAL. Ego potius vtor globulis & ocellis, quod eft decentius, & minus in inducendo & exuẽdo moleftum. BEL. Non eſt idem omnium iudicium in his, vt in reliquis omnibus. Pectorale hoc tunicæ condito in arcam, nec proferas tota æftate. aftrigmenta hæc ftrenuè funt exarmata fuis ferris. Limbus hic eft diffutus & difcerptus, cura refarciendum: fed vide, ne affuantur deformes commiffuræ. GOM. Non poterit id perfici ante fefquihoram. BEL. Affige ergo acicula, ne pendeat. dat perifcelides. GOME. Adfunt: calceolos cum crepidis longi obftraguli paraui tibi, puluere bene excuſſo. BEL. Calceos potiꝰ exterge fitu, ac nitidos effice. MAL. Quid ẽ ligula ĩ calceoꝛ de qua

inter Grammaticos fuit controuersia peracerba, vt solet de omnibus, dicendum eßet ligula an ligulas. BEL. Illa aßuitur calceis Hispanicis in summa planta, hic non habent. MAL. Et in Hispania iam deßuescunt apponere, calceatu Gallico. BEL. Ac commoda mihi tuum pectinem eburneum. MAL. Vbi est tuus ligneus, et quidem Parisiensis? BEL. Non audisti me heri obiurgantem Gomezulum? MAL. Obiurgare uocas tu ferire? BE. Hoc illud erat, fregerat quinque aut sex radios pectinis ex densis, ex raris penè omnes. M.A. Legi nuper scriptorem quendam præcipere, vt eburneo pectine pectamus caput quadragies ducto à brechmate ad verticem, & inde ad occipitiũ. Quid agis? hoc non est pectere, sed mulcere. cedo pectinem. BEL. Neque isthuc est pectere, sed radere, aut verrere. credo habere te caput testaceum: M.A. Et ego te butyraceum, adeò nõ audes attingere. BE. Vin tu igitur, vt mutuò arietemus capita: M.A. Nolo tecum cõtendere insania, nec commitã bonã mentem meam cũ tua dementia. Ablue iam tandem manus & faciem: sed os potissimum, vt mundius loquaris. BE. Vtinam adeò citò animum perpurgarem, vt manus: dato malluuium. M.A. Confrica paulò diligentius nodos istos manus, quibus hærent sordes densissimæ. BE. Falleris. nam puto eße potius decoloratam pellem, & rugatam. Abijce has malluuias Gomezule in cloacam illam, & cedo mihi reticulum, & pileum clauatum, affer iam ocreas. GOME. Itinerarias nè? BE. Non, sed vrbanas. GOM. Vis cucullionem, an pallam? BE. Sumus foras prodituri? M.A. Quid ni?

BE.

& manicas vestes astringuntur. Martia. lib. 14.

Orbiculi.

Pileũ clauis vel aureis vel eiusmodi affixis.

Lacernã, palliũ itinerariũ. BEL. Adfer igitur lacernam. MAL. Prodeamus iam tandem, ne amittamus è manibus deambulandi tpꝰ. BEL. Duc nos Christe per vias tibi gratas, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amẽ. O quã formosa Aurora verè rosea, & (vt Poetæ vocant) aurea. quam gaudeo me surrexiße, exeamus vrbe. MAL. Exeamus: nã ego hac tota hebdomada pedem porta nõ extuli. sed quò ibimus primum? inde quam? BEL. Ad arcem, an ad mœnia Cartusiana? MAL. An potius ad prata diui Iobi? MAL. Minimè illuc de mane, ad serum potius. MAL. Ad Cartusianos ergo. per Franciscanos & Bistum, inde per portã Bruxellensem tunc redibimus per Cartusianos, ad rẽ diuinam. Ecce tibi Ioannium. Sis saluus Ioanni. IOAN. Et vos plurimum. Quid istbuc est insolitum? tam bene mane surrexisti? BEL. Ego vero arctissimo sõno erã consopitus: sed Maluẽda hic clamãdo, & tũdendo, auellit me è lectulo. IOAN. Rectè fecit. nam totum te reficiet, ac recreabit hæc deãbulatio, Eamus ad pomærium. ò admirabilem & adorandũ artificiẽ tantæ pulcritudinis. non immeritò vocatur opus hoc Mundum, & à Græcis κόσμος, quasi ornatus & elegans. MAL. Nè contentè deambulemus, sed lentè ac molliter. Conficiamus quæso in hac mæniali ambulatione duo aut tria spatia, vt otiosius, & liberius tan decoram speciem contemplemur. Ioan. Attende: nullus est sensus, qui non egregia aliqua voluptate perfundatur: oculi primùm, quæ varietas colorum, qui vestitus terræ & arborum, qui tapetes, quæ picturæ comparari huic possunt? hæc sunt naturalia & vera,

illa

illa altera ficti et falsa. Non iniuria vates ille Hispanus, Maium appellauit pictorem mundi. Iam aures, qui concentus auium, & potissimum lusciniæ? auscultaeam è salice, à qua (vt Plinius inquit) perfectæ Musicæ scientiæ modulatus editur sonus. Animaduerte accuratè, & annotabis varietates omnium sonorum. nunc interquiescit, sed continuo spiritu in lõgum æquabiliter, sine mutatione: nunc inflectitur: iam minutius & concisius canit: nunc intorquet, et quasi crispat vocem: nunc extendit, iam reuocat: alias longos concinit versus, quasi Heroicos: alias breues, & Sapphicos: interdum breuissimos, ut Adonicos. Quinetiã quasi Musicæ ludos & scholas habent. Meditantur aliæ iuniores, uersusq; quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna (vtinam nos præceptores nostros pari) & reddit, vicibusq; reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docẽte quædam reprehẽsio. Sed illas ducit natura recta, nos voluntas praua. Al. de his, qui odor spirans vndiq. siue ex segẽtibus, siue ex arboribus, etiam ex ipsis agris ceßantibus et squalidis. Sapor, quicquid ori admoueas, vel ex ipso aere, qualis primi et tenerrimi mellis. MA. Hoc puto esse, qđ à nonnullis audiui, apes consueuiße mel suũ colligere mẽse Maio ex cœlesti rore. IOAN. Ea fuit multorũ opinio. Si aliquid vis dari tactui, qđ mollius aut salubrius hac aura vbique spirante? quæ salutari spiritu per venas & vniuersum corpus se se insinuat. Venit mihi nunc in mentem uersuum aliquot Virgilii de Vere, quos utique cantillabo, si me potestis ferre uoco mea non olorina, sed anserina, tametsi, hanc malo,

Vates Hispan. Io. Mena.

Pli. li. 10. c. 29.

lo, si non aliàs cygnus canit dulce, nisi fato suo proximus. BE. Ego quidem vt pro me respondeã, vehementer eos versus aueo audire, qualicunque uoce, modò etiam exponas eos nobis: MA. Nec ego ab hoc dissentio. IOANNIVS:

1. Georg.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliùmve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri,
Quum primũ lucẽ pecudes hausere, virumq;
Terrea progenies duris caput extulit aruis.
Immissæq; feræ syluis & sydera cœlo.
Nec res hũc teneræ possent perferre laborẽ,
Si non tanta quies iret frigusque, caloremq;
Inter, & exciperet cęli indulgentia terras.

Huius nominis fuit Horatij pceptor, quẽ ipse epi. 1. lib. 2. plagosum appellat. imbutũ intinctum. perfusũ.

BEL. Non satis intellexi. MAL. Ego vt reor multo minus. IO. Ediscite nunc eos, alias intelligetis: sunt. n. desumpti ex intima Philosophia, vt alia vatis illius pmulta. MA. Quæramus ab Orbilio literatore, quem habemus obuiũ. Io. Imò est homo nõ admodũ obuius. salutemus modò, & sinamus abire hoĩem rabiosum, & plagosum, ingentis supercilij, imbutum magis literis quã eruditũ, tametsi persuasit sibi seriò, se esse literatorum alpha. Cęterùm diximus de corpore. qd porrò animum & mentẽ, quantopere exhilarat & excitat huiusmodi aurora? nullum est tẽpus ad ediscendũ æquè idoneum. nullũ ad percipiendum, continendũq. quæ audias, quæque legas, nec aliud ad meditandũ et ex-

excogitandum, quocunque applicaris animum. Non immeritò quidam dixit, Aurora gratissima Musis, BE. Sed ego iam exstimulor appetẽtia: redeamus domum ientatum. MA. Quid tandem? BE. Panem, butyrum, cerasa, pruna cereola: quæ tantopere uidentur nostris Hispanis placuisse, ut illarum nomine pruna omnia nũcupent, uel si hæc non sint domi, decerpemus folia aliquod bulgossæ, & saluiæ, quę addamus butyro. MA. Bibemus vinum? BE. Minimè uerò, sed ceruisiam, & quidem tenuissimam ex flaua ista Louaniensi: vel aquam puram & liquidam, haustam è fonte Latino, aut Græco. MA. Quem tu fontem Latinum uocas, quem Gręcum? BE. Illum qui iuxta portam est, Græcum solet nominare Viues: ulteriorem illum, Latinum: causas ipse redet tibi, quum illum conuenies.

DOMVS.

Iocundus, Leo, Vitruuius.

IOCVNDVS. *Est tibi notitia cũ insulario amplæ atq. elegãtis huius insulæ?* LEO. *In primis, & est assecla patris mei admodum propinquus.* IOCVND. *Rogemus eũ, ut nobis eam oẽm patefaciat. nam ferũt nihil fieri posse amænius, nec delectabilius.* LEO. *Adeamus, pulsemus fores tintinnabulo, ne irrũpamus inexpectati. At at.* VITR. INSVLARIVS. *Quis istic?* LEO. *Ego sum.* VITRV. *O salue multum pusio dulcissime, vnde tu nunc?* LEO. *Eludo.* VITRV. *Qua igitur gratia huc?* LEO. *Sodalis. hic meus & ego vehemẽter cupimus hasce ædes viscere.* VITR. *Nũquã spectasti?* LEO. *Non totas.* VITRVV. *Ingredimini,*

Heus

Heus puer, adfer mihi claues oſtiorum domus. Primum hoc eſt veſtibulum: patet ſemper interdiu abſque ianitore, quod nec intra domum eſt, nec tamen extra; noctu clauditur, contemplamini portam magnificam, valuas è robore, munitas ære, vtrumque limen & infernum & ſupernum ex marmore labaſtrite, Olim Hercules ſolebat præfigi oſtio domus ille ἀλεξίκακος: hic eſt Chriſtus, verus Deus. nam Hercules erat crudelis homo, & maleficus. hoc cuſtode nihil mali ingredietur in ædes. IOC. οὐδέουν ὁ δεσπότης αὐτος. VITRV. Quid dixit Græcè? IOC. Quod cur tã multi ingrediuntur mali? VIT. Etiam ſi mali ingrediuntur, nihil tamen inferunt mali. LEO. Non vtimini cardinibus? VITR. Desijt eſſet mos apud quaſdã nationes. Sequitur oſtium atrij, quod atrienſis ſeruus cuſtodit, præcipuus ẽ familia, vt mediaſtinus extremus. Tum atrium ſpatioſum ad deambulandũ, multæque ac variæ in eo picturæ. IOC. Quænã quæſo. VITR. Illa eſt cœli facies ichnographica. illa terræ & maris orthographica, illa orbis nuper Hiſpanis nauigatiõibus aperti ſciografica, in tabella illa eſt Lucretia ſe interficiens. IOC. Quid quæſo dicit? nam moriens, vt uidetur, loquitur. VITR. Multæ hoc mirantur, quia nõ cuique tãtũ dolet. IOC. Intelligo quid dicat. LEO. Quid ſibi vult tabella illa tam variè delineata? VITR. Ea eſt graphis huius ædificij, reduc à tabula hac uelum. IOC. Quid hoc eſt rei, vetulus ſugiens pupilla fœminæ? VITR. Non legiſti exemplum hoc apud Valerium Maximũ, titulo de pietate? IOCVN. Legi, quid dicit illa? VITR. Nondum tantum rependo, quantũ

accepi.IOC.Quid ille? VIT. Iuuat genuisse. Ascendamus has scalas cochlides. singuli gradus lati, vt cernitis, & singulis sunt saxis marmoris Basaltis. Hæc prima contignatio habitatio est domini, cænaculum superius hospitale est: non quod herus meus faciat cœnaculariam, quod absit: sed paratum est hospitibus amicis ornatum, semper instructum & vacuum, nisi quum adsint hospites. hoc est triclinium. IOC. Bone Christe, quę fenestre speculares, quā scitè depictę pictura sciographica? qui colores, q̄ viuidi, quæ tabulæ, q̄ signa, quæ coassatio? Quænam est historia vitrearum? VITRV. Fabella Gryselidis, quam aptè & ingeniosè confixit Ioan. Boccatius Florentinus, sed herus meus decreuit addere rei fictæ rem veram, de Godelina Flandrensi, & Catherina Angliæ regina, quæ superat inuentum Gryselidis. Signa sunt, primum illud Pauli Apostoli. IOCVN. Quod est lemma? VITVR. O quantum tibi nos debemus, tu Christo? IOC. Quid ipse loqtur? VI. Gratia Dei sum, quod sum: & gratia Dei in me vacua non fuit. Alterū illud est Mutii Scæuolæ. Io. Nec is est mutus, etiam si Mutius, quid mutit? VIT. Non incendit, inquit, me hic ignis, quoniam, alius maior ardet intus, Tertium signum est Helenæ, titulus est: vtinā fuissem semper talis, minus nocuissem. IOC. Quid signat cæcus ille seniculus recaluaster, indice ad Helenā uerso? VITR. Homerus est, dicit Helenæ. Quæ malè tu fecisti, ego bene cantaui. IOC. En lacuna est deauratum, admistis Margaritis. VITR. Margaritę quidem sunt, sed prætii exigui. IOC. Quo spectant fenestræ? VITR. Hæ in hortos, illæ in impluuium, hæc est

Facere cęnaculariā, locare cęnacula, & inde quæstum facere.

*dieta, seu æstiua cœnatio, en vobis cubiculum, et cõcla-
ue: Cubiculum ornatũ est tapetibus, pauimento conta-
bulato, storiis tecto: & imagines aliquot diuæ Virgi-
nis, Christi seruatoris. Illæ alteræ sunt Narcissi, Euria
li, Adonidis, Polyxenę, qui dicuntur fuisse formosissi
mi. IOC. Quid scriptum est in limine superiore ostij?
VITR. Recipe te in portum tranquillitatis affectum.
IOCVN. Quid interiore poste forium? VITR. Ne in-
duxeris in portum tempestatum. In conclaui illo clau
so adseruantur ferè prima vtensilia. Hoc alterũ mem
brum est hybernum, vides omnia obscuriora, & ma-
gis tecta. tum hypocaustum. IOCVN. Amplius
mea sententia, quàm pro cœnatione. VITR. Non
animaduertis etiam cubiculum interiùs eodem vapo-
rario excalefieri? IOC. Dicunt cubicula esse calidiora,
vbi nullum fit funale. VITR. Non solent esse in æstua
riis. IOC. Quæ est illa camera; tam eleganter fornica-
ta? VITR. Lararium seu sacellum, ibi agitur res diui-
na. IOC. Vbi latrina? VITR. Supernè in granario ha-
bemus foricam, ne oleat. in cubiculis enim scaphiis uti
tur herus meus, & trullis, et matulis. IOC. Turriculę
illæ, & piramides, & pilæ, & indices ventorum, oĩa
qua venustate, quam admirabili arte? VIT. Descẽda
mus, hęc est culina, hoc promptuarium, hæc cella uina
ria, illa penuaria: in qua mirè infestamur rapacitate
furum. IOC. Quà tandem est huc furibus ingressus?
omnia video probè clausa, et fenestra cum clatris fer-
reis. VITR. Per rimulas, & foramina. LEO. Mures
ergo sunt & mustelæ, quæ nobis vniuersum penum
diripiunt. VITR. Illud est posticum domus, clausum*

Prima vtensilia, quæ parata seruantur, quũ vsus poscat.

sem-

ſemper duabus ſeris, affixa & penſili, niſi quum adeſt dominus. LEO. Cur feneſtræ hæ non habent cancellos. VIT. Quoniam rarò aperiuntur, ſpectant enim ad auguſtum angiportum vt cernis, & obſcurum. rarò quiſquam hic aſſidet, aut profert caput, ideò & calatrare eas ſtatuit herus meus. LEO. Quibus clatris? VITR. Fortaſſe ligneis, nondum eſt certum. interea repagulũ. hoc ſufficit. IOC. Quàm amplę columnę & porticus plena maieſtatis. vide vt Athlantes illi & Caryatides ſpeciem præferunt enitentium, vt fulciant ædificium ne ruat, quum nihil agant. LEO. Tales ſunt multi. qui magna vidẽtur præſtare, quum otioſi et ſegnes viuant, fuci, fruentes alienis laboribus. Sed quæ nam eſt domus illa inferior, huic adiuncta, tam malè mate riata & ruinoſa? VITRV. Eſt vetus ædificium, quod quia ducebat rimas, & vitium faciebat ingens, herus meus decreuit hanc alteram à fundamentis erigere, illa nunc nidulatio eſt auium, & habitatio murium: ſed breuiter eam demoliemur. Aliàs rimosa.

S C H O L A.

Tyro, Spudæus.

TYRO. *Quàm elegans gymnaſiũ, & magnificũ. haud eſſe in Academia hac reor vllum præſtãtius. SPVD. Rectiſſimè iudicas. adde etiam, quod magis ad rem facit, nec alibi etiam, eruditiores magiſtros, aut prudentiores, quique maiore dexteritate tradant doctrinam. TYR. Oportet igitur magna hic fieri diſciplinarum operæpretia. SPVD. Et quidem magnis compendijs diſcendi. TYR. Quanti docent? SPV. Amoue te hinc ocyus cũ interrogatione iſta tã praua,*

tamque

tamque importuna in re tanti momenti inquirendum est de mercede? nec ipsi qui docent, paciscuntur: nec discipulos conuenit id vel cogitare. ecquod pretium potest esse par? nunquàmne Aristotelicum illud fando audiuisti: Dijs, parentibus, et magistris, parem gratiã non posse rependi? Deus creauit totum hominem, parens genus corpus, magister format animum. TYR. Quid docent isti & quamdiu? SPVD. Habent sua singula auditoria separata, & sunt doctores varij. Alij prima elementa artis Grammaticæ laboriosè atque erumnosè pueris toto die ingeminant: alij penitiora tradunt artis: alij Rhetoricen, Dialacticen, & reliquas disciplinas enarrant, quæ liberales seu ingenuæ dicuntur. TYRO. Cur eo nomine? SPVD. Quia illis decet vnumquenque ingenuũ imbui. contrà quæ sunt illiberales, circũforaneæ, sordidæ, quæ vel labore corporeo vel manibus exercentur, seruis potius congruunt, & hominibus, qui ingenio parum valent. In istis sunt alij tyrones, alii batalarii. TYRO. Quid isthuc verbi est? SPV. Et tyrones & batalarii ex militia sunt nomina desumpta. tyro vetus est verbum, de eo, qui in militia exerceri incipit: batalarius Gallico nomine dicitur is miles, qui iam semel prælio (quod illi batallam vocant) interfuit collatis signis, & manum conseruit cum hoste; ita in palæstra literaria batalarius cepit nũcupari Lutetiæ is, qui publicè de arte quapiã disputassent. Hinc designantur doctores, quos à licẽtia Licentiatos appellant, melius Designati dicerentur. postremò Docturam adipiscuntur, imposito in celebritate Academiæ pileo, vt quasi donetur libertate, &

fiat

fiat emeritus. Is est hic supremus honor, & summus dignitatis gradus. TYRO. Quis est ille in tanto comitatu, quem clauarij præcedunt cum clauis argenteis? SPVD. Is est Rector Academiæ. multi eum aßectantur officii gratia. TYRO. Quoties in die ducetur pueris? SPV. Aliquot horis. vna pene antelucana, duab. matutinis, & duab. pomeridialis. TYT. Iamdiu? SVP. Ita fert mos, & vetus Academiæ institutum. quin & discipuli duabus horis, quæ à magistris acceperũt, retractant, & recolunt, & quasi mansum cibum ruminant. TYRO. Tantis clamoribus. SPVD. Nunc se exercent. TYRO. Ad quidnam? SPVDEVS. Ad discendum. TYRO. Imò vero ad clamandum videntur enim non disciplinam meditari, sed præconium. Et ille alter planè furit: nam si haberet sanum cerebrum, nec ita vociferaretur, nec gesticularetur, nec se torqueret. SPVDEVS. Hispani sunt, & Galli, paulò feruentiores: & vt sunt diuersorum dogmatum, tãto ardentius concertant, quasi pro aris & focis, vt dicitur: TYRO. Quid Doctores hic sequuntur diuersa scita? SPVD. Interdum tradunt placita contraria TYRO. Quos authores interpretantur? SPVDEVS. Non eosdem omnes sed vt quisque est peritia & ingenio præditus Eruditißimi et accerrimo iudicio scriptores sibi sumunt optimos quosque, & eos quos claßicos vos Grammatici appellatis. sunt qui ex ignorantia meliorum ad proletarios descendunt, atque etiam capite censos. Ingrediamur, ostendam vobis publicam gymnasii huius bibliothecã. Hæc est bibliotheca, quæ ex magnorum virorum præcepto ad hortum æstiuum spe-

spectat. TYR. *Papæ, quantum librorum, quantum bonorum auctorum, Græci, Latini, Oratores, Poetæ, Historici, Philosophi, Theologi, & imagines autorum.* SPVD. *Et quidem quantum effici potuit ad viuum expressæ, atque eo pretiosiores, foruli omnes, et plutei querni aut cupressini, cum suis catenulis: libri ipsi plerique omnes membranacei, & varijs coloribus miniati.* TVR. *Quis est primus ille rusticano ore naso repando?* SPV. *Lege titulos.* TVR. *Socrates est, & dicit: Cur in bibliotheca colloquor, q nihil scripsit?* SPV. *Respondent sequentes, Plato, et Xenophon: quia quod alii scriberent, dixisti. Longum esset persequi singulos.* TYRO. *Hem qui sunt illi abiecti in grandi illa strue?* SPVD. *Catholicon, Alexander, Hugucio, Papias, sermonaria dialecticæ et physicę & sophisticæ: hi sũt, quos capite censos nominabam.* TYRO. *Imò capite diminutos.* SPVD. *Soluta sunt omnia, tollat qui volet, molesto nos liberabit onere.* TYRO. *Vah, quot asinis esset opus ad istos asportandos: miror non esse ablatos, quũ tanta sit vbique asinorum frequentia. Aliquando in eundem cumulum coniicientur Bartoli, & Baldi, & huius farinæ homines.* TYR. *Imo furfuris.* SPV. *Non id esset humanę tranquillitati damnosum.* TYR. *Heus quid rei sunt illi in tam fluxis cucullionibus?* SPV. *Descendamus. Batalarii sunt, qui in palæstram ingrediuntur altercatoriam.* TYR. *Quæso introduc nos illuc.* SPVD. *Ingredere, sed tacite ac reuerenter. Aperi caput, & specta attentus singula. nam magnis de rebus disseritur, & quas plurimum conducat cognoscere. Ille, quem sedentem aspicis sublimem*

mem solum, & præses est certaminis, & cõtentionum
decretor, quasique agonotheta. Primũ eius munus est
loca concertantiũ designare, ne vlla sit confusio aut
perturbatio præire volentium. TY. Quid sibi vult pel
litum epitogiũ? SPV. Ea est ephestris doctoralis, insi
gne ordinis ac dignitatis illius. Homo est in paucis eru
ditus, quique & in lectione candidatorum Theologiæ
primas tulit, & ad eum doctissimus quisque primas
defert hoc ordine. TY. Et Bardum aiunt lectum esse
primum suo anno. SPV. Is verò dicit competiores om
nes ambitu, & astu, non scientia. TY. Quis est macilen
tus ille & pallidus, quẽ reliqui impetent? SPV. Is est
propugnator, qui impetũ oĩum sustinet: & ex immo
dicis vigilijs maciem ac pallorem cõtraxit magnos is
habet in re philosophica & theologica progressus. At
tace iã: & ausculta nam qui nunc oppugnat acutissi-
mè ac subtilissimè solet excogitare argumenta, & ac
cerrimè vrget propugnatorẽ, omniumq; sentẽtia cũ
summis in hac disciplina cõparatur, & sæpe adigit cõ
certatorem ad recantandum. Perpende quomodo ille
conatus est eludere, quomodo alter confutauit validè,
ratione inconfutabili, & quam ille diluere non poterit,
iam & iaculum hoc est ineuitabile, argumentum est
planè Archilleum inuincibile, iugulum petit, non po-
terit propugnator se tueri, statim dabit manus, nisi
subterfugium aliqđ mittat ei diuus aliquis in mentẽ.
Hem profligata est quæstio, solertia decretoris. Iam sol
uo tuam linguam, loquere quantum voles. nam iste,
qui nunc impugnat, vappa est, pugione pugnat plum
beo, & altius tamen clamat quã cæteri. Obserua vide

bis

bis eum à pugna raucũ discedere. hoc est ei perpetuũ. & quãtumcunque repulsa sint eius tela, vrget nihilo seciùs pertinaciter quidem, sed inefficaciter: nec vnquam vult habere argumentum suum pro derelicto, nec acquiescere vel defendentis responsione, vel decreto præsidijs. Is qui nunc certamen ingredietur, delicatulè petit veniam a decretore, comiter præfatur, argumentatur inualidè, discedit semper fessus etiam anhelans, tanquàm arduo munere fortiter perfunctus. discedamus.

CVBICVLVM, ET LVCVBRATIO.

Plinius, Epictetus, Celsus, Didymus.

PLI. Hora est à meridie quinta heus epictete. claude mihi fenestras istas, et infer huc lumina ad lucubrandum. EPI. Quæ lumina? PLIN. Interea dum hi adsunt, candelas sebaceas aut cæreas: vbi recesserint, tolletis ea, & statuetis hic mihi lychnum. CEL. Quorsum id? PLINIVS. Ad lucubrandum. CELS. Quin studes potius de mane? tum enim videtur & temporis ratio, & qualitas corporis inuitare, quum est minimum vaporum in cerebro, peracta concoctione illa euaporatoria. PLINIVS. Etiam hæc hora tranquillissima est, quum quiescunt & silent omnia, atque ijs qui prandent & cænant non incommoda. Nam sunt qui cenant tantum more prisco, alij prandent solũ ex placitis recentium medicorum, alij & prandent & cenant more Gothico. CEL. An non ante Gothos erant prandia? PLIN. Erant, sed leuia, Gothi morẽ inuexerunt bis in die saturum fieri. CEL. Qua de causa Plato mensas Syracusanas damnat, in quibus quotidiè

exsatu-

exsaturentur bis? PL.ex eo colligas, fuiße rarissimas. CE.Sed missa istæc faciamus.Cur lucubras ad lychnũ potius quàm ad candelam? PL. Propter flammam æquabilem, quæ minus lædit oculos. Illa enim crispatio myrti meis officit oculis, et seui odor inamœnus est. CE. Vtere cæreis, quorũ odor est gratus. PLI. Myxus est in his magis tremulus, nec vapor salubris: & in sebaceis ellychnium est lineum plerumque, non xylineum: vt propolæ istis in rebus omnibus quærũt compendium cum fraude. Infunde oleum in lucernam hanc profer acu myxum et exfunga. EPICT. Quum hæret fungus acui signũ dicunt esse pluuiæ, quemadmodum est apud Virgilium.

Scintillare oleũ, & putres cõcrescere fungos.

PL. Adfer etiam furcinulam, & emunge candelam hanc ne proijcias fungum in pauimentum, ne fumiget sed opprime intra furcinulam, quando est contecta. Profer mihi pallam lucubratoriam, prælongã illam pellitam. CEL. Ego te tuis libris commendabo, Mineruam tibi opto propitiam. PLIN. Paulum malim, vel quod dicere debui. Christum Iesum, Dei sapientiam. CEL. Fortasse Christus Mineruæ fabula adumbratur, vt quæ ex Iouis cerebro sit nata. PLINIVS. Statue mensam super tibicines in cubiculo. EPITECT. Mauis mensam quam pluteum? Plinius. Etiam hoc quidem tempore, sed pone supra mensam pluteolum. EPIC. Stabilem an volubilem? PLI. Quem malis. vbi est Didymus meus ab studijs? PLI. Eo illum accersitũ. PL. Et huc adducito puerum exceptorẽ: nã ludet aliquid dictare. Da mihi illos calamos & pẽnas

duas

Regesta, registro, ꝰs Budęꝰ.

Cupreis, vel Cypræis, ut quidam putant, genus æris ex Cypro insula.

lib. 2. ad Q. Frat. Sed hoc facio sꝑ, vt quicunque cula- mus ĩ manus meas venerit eo vtar tanquam bono.

duas aut tres cannæ amplæ, & thecam puluerariam. Profer mihi ex armario Ciceronem et Demosthenem, tum ex pluteo codicem exceptorium, & regesta maiuscula, audin'? Et media schedia, in quibꝰ libet nonnulla expolire. DID. Non arbitror esse schedas tuas in pluteo, sed in scrinio conclauis. PLIN. Id verò ipse scrutator. Adfer mihi Nazianzenum. DIDY. Non nosco. PLIN. Liber est minimè spissus, consutus, & tectus menbrana rubeat. Adfer quoque codicem quintum à primo. DID. Quod est lemma illius? PLI. Xenophontis commentarij. liber est expolitus, tectus corio cum vncinulis, & vmbilicis cupreus. DID. Non inuenio. PLI. Nunc memini, in quarto loculamẽto cũ reposui, illinc prome. In eo loculamento non sunt nisi libri soluti, & rudes, quales recens adferuntur ab officina DID. Ecquod corpus Ciceronis piscis? nam sunt quatuor. PLI. Secundum. EPIC. Nondum est relatũ à librario glutinatore, cui dedimus nudius, vt puto quintus. DID. Quam placet tibi hæc pẽna? PLI. Nõ sum in eo valde solicitus, quæcunque in manus venit, ea sic vtor tanquam bona. DIDY. Hoc habes Ciceronis. PLIN. Conquiescite. reclude mihi Ciceronem, aperi, euolue adhuc tria aut quatuor folia ad quartum Tusculanarum quæstionum, quęre ibi de mansuetudine & lætitia. EPICT. Cuius sunt hi versus. DIDY. Eius ipsius, quos de Sophocle vertit, quod facit sanè lubens, ac proinde sæpe. EPICT. Erat credo ad carmen componendum satis aptus. DIDY. aptissimus, ac facillimus: nec, vt illo sæculo infelix, contra, quam existimant plurimi. EPICT. Sed tu quomodo intermisisti

studium Poetices? PLIN. Aliquando repetemus succisiuis horis, vt spero, nam habet multum leuamenti ab studijs grauioribus. Defessus sum iam studendo, meditando, scribendo. sterne mihi lectum. EPICT. In quo cubiculo? PLIN. In lato illo, & quadrato & tolle ex angulo anaclinteriũ, transfer in cænationem pone super culcitram plumeam alteram tomenti lanei, vide vt fulcra lecti sint satis firma. EPI. Quid refert tua, qui non cubas in alterutra spondarum, sed in medio? sed salubrius foret, si lectus esset durior, et qui corpori resisteret. PL. Tolle ceruical, & pro eo repone puluinos duos, & in hoc ęstu malo plagam illam, quã arcta isthæc lintea. EPI. Sine lodice? PLIN. Etiam. EPI. Algebis. nam surgis ab studijs extenuato corpore. PLI. Iniice ergo peristroma aliquod leue. EPI. Istud, nullum aliud stragulum? PLI. Nullum: si sentiam frigus in lecto, poscam plus væstium, aufer illa peripetasmata, nam ad culices excludendos malo conopeũ. EPI. Culices paucos hic sensi, pulices & pediculos satis multos. PLI. Ego verò miror te aliquid sentire, qui sic dormias, & stertas. EPI. Nemo dormit melius, quã qui non sentit quã malè dormit. PLI. Nihil horũ animalculorum quibus per æstatem in cubiculis infestamur. tã mouet nauseam, quam cimices odore illo teterrimo. EPICTE. Satis bonus prouentus est eorum Lutetiæ, ac Louanij. PLIN. est genus ligni, quod illos creat Lutetiæ, & argilla Louanij. Colloca hic mihi horologium excitatorium, & obicem infigito ad horam quartam matutinam. neque enim volo diutius dormire. Excalcia me,

pone hic sellam plicatilem in qua sedeam, matula in scabello sit mihi iuxta lectulum parata. nescio quid vt hic olet malè, suffias paulum thuris, aut iuniperi. Cane hic mihi lyra aliquid lectum ingredienti more Pythagorico, vt citius obdormiam, & somnia sint placidiora. EPI.

Ouid. 11. Met.

Somne quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui pectora lógis
Fessa ministerijs mulcis, reparasque labori.

CVLINA.

Lucullus, Apicius, Pistillarius, Abligurinus.

LVCV. Es tu popino? API. sum. LVC. Vbinam agis? API. In popina galli gallinacei. nũ eges me? LV. ẽt ad nuptias. AP. Sine me domum transcurrere, vt præcipiam vxori quemadmodum sint tractandi ganeones, quos scio non solere in hac ciuitate deesse, tum etiam aduentores. LVCV. Audin' tu? reperies me in vico Lapideo, in ædibus sutorum. APIC. Continuò adero. LVC. Bene est, ingredere culinam. API. Heus pistillarie, & tu Abligurine. ignem in lare extruite sub fumali grandibus lignis, & quantum fieri poterit acapnis. PIST. Putas te esse Romæ? hic tabernas coctilitias non habemus, è quibus ligna coctilia promuntur, habebis bene arida. AP. Ni ita sit, tu Abligurine suffitor perdes oculos sufflando. AB. Imò bibam largius væ vino. API. Væ aquæ, nam vinum hodie non attinges, si sum sanus. nolo mihi euertas ollas, & auxillas confringas, & cibos corrumpas. ABL. Non vult ardere hic ignis. API. Inijce

fasci-

fasciculum aliquem sulfuratorū, & fomitum frustula aliquod cum his asßulis. ABL. Extinctus est prorsum. API. Transcurre ad ædes proximas cum batyllo, & adfer nobis torrem aliquem prægrandem, & prunas bene incensas. ABL. Metallarius est illic dominus, nec sinet carbonum vnum sub fornacibus sibi detrahi, citius oculum. API. Non est metallarius, sed metallicida: ito ergo ad furnum. Quid adfers, titionem magis, quàm torrem? ABL. Non habebant prunas carbonis. API. Quid malum carbonis? cespitum hic dixeris. Tu furcilla hac moue ligna, & agita fomitē: vt ignem concipiat sume pyrolabem asine. AB. Quid rei est isthuc verbum? AP. Forfex ignaria pruniceps. ABL. Quid mihi cum verbis Græcanicis? quasi desint Latina. AB. Etiamne asini sunt Grammatici? ABL. Quid mirum, quum & grammatici sint asini? API. Fac finem altercandi. uolo carbones aliquod, cespites accendas mihi in hoc foco, ad testuacia lentè incoquenda. suspēde ahenum ad ignem, ne desit aqua calida: tum in cacabum. iniice armum illum veruecinæ cum bubula salita. cucumam igni admoue cum vitulina & agnina, in chytropode elixabimus orizam. ABL. Quid pulli? API. Coquētur in auxilia ærea, q̄ stāno est illita, quo sapor sit gratior: sed nō tam maturè. verua proferer sub nonam, & pinguaria Lucium hunc sines in aqua lusitare paulisper, tum exēterabis. AB. Carnes & piscē ī eadē mensa? AP. Maximè, more Germanico. AB. Atqui hoc nō placet medicis. Ap. Medicina nō placet, medicis placet. Ego stipitem hūc grāmaticum tātum eße existimabā, medicus etiā est.

Metallarius, qui vulgò Alchimista

Pinguaria, in q̄ decidit pinguæ carnium, quum assantur.

AB.Nunquãne de quæstione illa audiuisti, vtrũ sint in ciuitate plures medici an stulti? API. Quis te detrusit in culinam, quum sis tam sapda? ACL. Aduersa mea sors. API. Imò quod manifestum est, segnities tua, & socordia, & gula, & lurcacitas, & ingluuies, & animus degener, ac abiectus: ideo ambulas nudis pedibus, semicinctus veste obsoleta, & natibus breuiore. AB. Quid tibi cum mea paupertate? API. Nihil omnino, nec velim esse. Sed ad rem ne præter rem plura q̃ oportet. satis ne sunt hæc iussa superq; infixa, & inculcata? scilicet vobis vnquam satis. Da mihi meã braccam, nam foras lubet prodire continuò adero, cedo tudiculam, insigne artis nostræ: hoc est meum fulmẽ, & tridens. PI. Heus abligurine, statue hydrias illas in vrnario, & hanc bubulam abluito diligenter, & confricato in labro AB. Etiamne tu hic quoq. imperas? vnus Imperator vnis castris sufficit, non sufficiet culinæ vni? facito ipse tu es acrior exactor operæ, quã ipse magister culinæ. nõ vocabo te posthac pistillariũ, sed stimulum acutum. PI. Imo voca me Onocentrum. Frange tu ergo vitulinam hanc in epixenio. Comminue paulum huius casei, vt spargamus super hanc offam. AB. Quomodo, manu? Pi. Non, sed tyrocnesti. instilla huc guttas aliquod olei ex lecytho. AB. Dicis ne ex hoc capsace? PIST. Statue hic mortarium ABL. Quod istorum? PIST. Illud æneum cum pistillo eiusdem metalli ABLIGVRIN. Qua gratia? PIST. Ad terendũ petroselinum hoc. ABL. Satius est in pila id fieri marmorea, pistillo ligneo. PIS. Quæso cantilla, sicut consueuisti. ABL. Ego nolo Cæsar esse.

Onocentrum, asini stimulum.

Florus poeta Adriano Cæsari, vt Spartianus in ei⁹ vita Margia. 13. sic

Am-

Ambulare per Britannos.
Scythicas pati pruinas.
Vt ſapiant fatuæ Fabiorum prandia betæ,
O quàm ſæpe petet vina piperque coquus?

Fabiorũ dicit vt ĩeptũ hominem ſĩgnificat.

PIS. Fabiorum, an fabrorũ? ABL. Quære à ludimagiſtro lori pede, & pro fabroris et fabijs referres egregiũ colaphum ingena, vel in bucca. PI. Sic eſt homo? Ab. Vir ſtrenuus, & fortis, & manupromptus, celeritate manum compenſat linguę tarditatem. PIST. Cedo vrnulam ceruiſiariam, exiccatum habeo palatum, guttur, fauces. BA.

Et grauis attrita pendebat cantarus anſa.
Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes,
Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

API. Vnde tu didiciſti adeò ῥαψῳδεῖν? *ABL. Inſeruiui nuper in Calabria ludimagiſtro cuidã poetaſtro, qui ſæpenumero cœnam aliam non dabat mihi, quàm cantillationem centum verſuum, quibus mirificum aiebat ſaporem ineſſe. ego verò paulum panis & caſei maluiſsem. aquæ erat ſatis domi, & licebat nobis de puteo bibere ex animi ſententia. inde ego quum eſuriẽs cõceſſiſsem cubitum, pro epulis verſus illos ruminabam & concoquebam; nec mihi aliud viſum eſt remedium ad buſimiam illam depellendam, quàm culinariam arripere. APIC. Quæ illi præbebas miniſteria? AB. Quæ Cæſar Reipub. ego eram illi oĩa eram illi à conſilijs, etſi nihil vnquam ageret conſilio, à ſecretis, quum nihil haberet ſecreti, ne latrinam*

quidem, ego fundebam ei aquam lauandis manibus, quas nunquam adluebat. ego seruabam eius thesaurum. API. Quem thesaurum? ABL. Schedas aliquot pessimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant, & opici mures arrodebāt. AP. Imò docti mures, qui malis poematis dentem infigebant.

Opici sordidi.

TRICLINIVM.

Aristippus, Lurco.

ARIS. *Quid tu tam serò surgis, & quidem semisomnis? LVR. Mirum est me esse toto hoc die experrectū, adeò heri edimus, & bibimus. ARI. Imò vt apparet deuorasti, ingurgitasti, obruisti te epulis, & vino, sed vbinam onerasti celocem? LVR. Apud Scopam in conuiuio. ARI. Quin potius more Græco* συμπόσιον *vocaris, quā Latino verbo conuiuiū? LV. Bucca buccam impellebat, intrituræ & condimenta vellicabant atque instigabant desidentem stomachum, & appetentiam nō patiebātur delassari. AR. Refer quæso ordine oīa. vt uel auditione ipsa videar mihi interesse, & quasi vobiscum potare: vt ille qui in caupona Hispaniæ duos grande panes comedit ad nidorem perdicis assæ, quo nidore vtebatur obsonio. LVR. Quis enarrabit omnia maius negotium id fuerit, quàm vel emisse, vel apparasse, vel quod omnia superat, comedisse. ARIST. Assideamus in hoc saliceto, ad crepidinem huius ripulæ, & quando sumus otiosi, pro collocutione alys de rebus vtemur hac ipsa: gramen erit nobis vice puluinorum. innitere hac vlmo. LVR. In herba? an non humor nocebit? ARIS. Quid insanis? humor in ortu caniculæ? LVR. Antea*

Celocē, p metaphorā ventrē intelligit est autē celox genꝰ nauis onerariæ breuis, & velocis. Arab. tibi erat ī prouerbio. Gręcorū. Ἀράβιος αὐλητης ijs qui nimia loquacitate, aut rei nullū finem facit.

recusabã, nunc animus prurit mihi recensere tibi plus quàm postulas: de conuiuio solùm quærebas, accipies etiam de domino, & de triclinio. rogabas vt loquereb. efficiam ut mox paulò silentium roges, iudicas, imperes, vt Arabius tibicen, qui ad canendum obolo conducitur, ad tacendum tribus. ARI. Tu verò quãtum libuerit, non eris molestus, quandoquidem in opaco loco consedimus, & orationem tuam carduelis illa vel adiuuabit, vel ad harmoniam moderabitur, ut orationẽ C. Gracchi seruus fistulator. LVR. Quid isthuc est rei? ARIST. Postquam tu feceris narrandi finẽ, audies de Gracchis, & gracculis, & de Greculis. LV. Deambulabamus fortè trãsuerso foro, ego & Thrasybulus, nacti pulusculum otij, quàm solemus. adiunxit se nobis Scopas. Is à nobis post primas salutationes, & blandum congressum, cœpit vehementer contendere, vt postero die, qui hesternus fuit, apud se eßemus. excusare nos primum alius alia; ego autem vadimonium graue, & apud prætorem valde irritabilẽ. Sed ille, vt libenter ostentat suam magnificentiam, quasi de capite ageretur, orsus est accuratum. sermonem, quid multa? addiximus, ne molestus esse pergeret. ARIS. Scin' quænam fuerit causa conuiuij? LVR. Quæ tandem quęso? AR. Est quidem ipse homo locuples, ornatus argento, veste, suppellectile: sed emerat phialas argenteas tres deauratas, & pateras sex. periisset pretium, ni aliquos inuitasset, quibus ostentaret: & alioqui eum ille existimat eße diuitiarum fructum habetque vxorem, à qua extimulatur ad profusionem, quã illa magnificẽtiã nũcupat. LV. Heri ergo sub meridiem

ciẽtes molesti sunt citat versam Apostolius in Adagijs, δραχχῆς μέγαυλεῖ τεττάρων δεπαύεται

Gracchi seruus. Cic. iij. de Orat.

 ridiem

ridiem cōueniamus in eius triclinium. AR. Qualis erat cœnatio? LVR. Hypætra, in opaco frigore. omnia sane, apparata, ornata, exculta: nihil deerat ad elegātiam, splendorem, & lautitias. Planè primo ingressu exhilarati sunt oīum oculi & animi, aspectu illo pulcherrimo atque amœnissimo. Erat abacus ingens, plenus bonis vasis materiæ omnis, ex auro, argento, crystallo, vitro, ebore, murrha: alia etiam vilioris materiæ, stānea, cornea, oßea, lignea, testacea, seu figulina, in quibus ars commendabat vilitatem substantiæ. nā erāt toreumata a permulta, omnia expolita, extersa, fulgor penè perstringebat oculos. Illic uidißes duo magna malluuia argenteæ, oris deauratis, vmbilicus erat aureus cum insignibus illius. Habebat vtrunque malluuium suum gutturnium, quorum epistomium erat deauratum, stabat & alterum equiminarium vitreum, fistula deaurata cum pollubro figulino, operis Malacensis, probè sandaracato. Phialæ omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum generosissimum. AR. Ad vsum meum ampullas vitreas malim, aut etiam testaceas, ex ijs quæ lapideæ dicuntur. LVR. Quid facias? ita est hominum ingenium: non tam his quæritur cammoditas, quam opinio diuitiarum. ARI. Isti opulentissimi sepius videntur alijs tales, sibi inopes. ideo nullus finis proferendi & ingrediēdi loculis. præsertim qui nullam habent aliam bonam artem, qua fidant: Sed perge. LVR. Erat cymatium abaci tapete villoso tectum, & ex Turcia vsque allato, positæ erant duæ mensulæ procul ab abaco, cum quadris & orbibus argenteis. vnicuique additum erat suum salinu-

Malaca ciuitas ē in Hispania.

linulum, cultellus, panis, & mantile. Sub abaco refrigeratoriũ, & œnophora grandia. Tum sedilia varia, sellæ, bisella, subsellia: et dominsella plicatilis perata, visendi operis, cũ puluino serico, et suppedaneo. AR. Pone tandẽ mensam, & explica mappã. nam mihi intestina præ fame rugiunt. LVR. Erat mensa cibila ingens, segmentata operis tessellati antiqui, quæ fuerat principis Dicæarchi. ARO. mensa antiqua, quàm dispari domino. LVR. Illam ipse emit in auctione satis magno, solùm quòd illius fuisset, vt aliquid haberet principis. LVR. Datur aqua lauandis manibus primũ magnis recusationibus, & inuitationib. mutuis & cedendo inuicem. ARIST. Idem factum est in consessu, quum quisque se inferiorem altero faceret, illum extollere comitate arrogantissima, quum vnusquilibet potiorem se reliquis omnibus censeret. LVRCO. Sed dominus iure suo distribuit loca, sacrata est mensa à puerulo breuiter, & perfunctoriè, & non sine rithmo.

O mensa antiqua imitatio ei⁹ quod à Cic. in 1. Offi. adducitur. O domus antiqua heu quã dispari dominaris domino.

Quod appositum est, & apponetur,
Christus benedicere dignetur.

Explicat quisq; suũ chiromactrũ, & inijcit super humerum sinistrum. hinc cultellulo repurgat panem, si quid non satis putabat à ministro purgatum. nam decrustatus erat appositus. AR. Sedebatis commode? LV. Nunquam commodius. AR. Non potuistis malè prandere: nam reliqua sat scio suppeditatum iri redũdãter, si qua modò fuerant in macello. LVR. Nusquã vberius, copiaq; ipsa nocet. Astat mensæ structor, cultellos & furcinulas componens. Ingreditur magna

Rithmo, vt nos dicimus, rima quod in fine eorundem versuum est.

Chiromactrũ mantiletto di tauola ouero vna seruietta.

Primi missus, vti nos dicimus primo ferculo.

pompa artbitriclinus cum longo agmine, puerorum & exoletorum, qui gestabant fercula primi missus.

CONVIVIVM.

Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Polaemon.

SCOPAS. Vbi nobis Simonides? CRI. Illico dixerat se venturũ, simul ac conuenißet debitorem, apud forum. SCOPAS. Rectè habet, à debitore facilius se extricabit, quã a creditore. CRIT. Qui istbuc? SCOPAS. Sicut in victoria, belli conditiones fert victor, non victus. Nam à debitore, quum ipse idem volet; à creditore quum alter. Sed conuenistisne omnes, vt erat condictum, relicta domi seueritate, afferentes vobiscum hilaritatem, lepores, venustates, gratias? CRI. Planè ita spero: & erimus, sicut monet M. Varro, belli homines. SCOP. Reliqua meæ curæ sunto. CRI. Ecce tibi Simonides. SCO. Fæliciter. SI. Et vobis faustè. SCO. Expectatissimè. SI. Planè rusticanè. nam ad prandendum eram inuitatus, non ad expectandum. Sed quæso, fui vobis diu in mora? SCOP. Non valde. SI. Cur non accumbebatis sine me? essetis saltem proæmiati de fructibus, quibus ego non admodũ capior. SCO. Bona verba, te absẽte assedißemus? CR. Satis comitatum, exordiamur iam opus. Optimum panem, & leuissimum, non plus habet ponderis, quã si esset spongia: siligineus est setanius. industriũ habetis pollinctorem. SCOP. Roscius est pistrini curator. SIMONID. Nunquàm in id conijcitur? SCOP. Absit, tam frugi seruus. DE. Adfer mihi autopyrũ. SIM. Mihi verò secundarium, aut typhaceum. SCO. Cur talem? SIMO. Quoniã audiui, & ita sum expertus,

Siliginem tritici delicias ait Plin 18. c. 8. inde siligineus panis, vt idẽ li. 18. cap. 9. pro delicato.

tus,

tus. minus me esse, quum panis, non est sciti saporis. SCO. Heus puer adferto ei panem cibariũ, & vulgarem ẽt ex atro, si ita mauult. ita demum iucundissimè conuiuabimur, si quisque quod maximè collubitum erit, sumpserit. POL. Panis hic, quem tu tantopere probas, spongiosus, aquaticus est, malo densiorem. GR. Mihi verò nõ displicet spõgiosus, modò ne sit speusticius. hic vero ẽt buccas attollit, quod focacei solent facere: quum sit, vt satis apparet, fornaceus. POL. Cibarius hic panis, & acetosus est, & acerosus, typhaceum dicas. SCO. Sic consueuerunt nostri agricolæ triticum omne, quod huc important, acerare prius in villa, & miscere multis generibus seminum. sapor autem ex fermento est nimio. POL. Nullum hominũ genus est hoc fraudulentius: nõ male faciunt, nisi quum nesciũt. CRI. Panis hic non est satis fermentatus. DE. Puta te hodie Iudeum, qui azymo vescebantur iussu Dei. CR. Id quidem, quod homines essent pessimi. vt interdicta est illis suilla, qua nihil palato gratius: nec, si moderate sumas, salubrius. Et quidem azyma iussi sunt comedere cum lactucis agrestibus, quæ sunt per quam amaræ. POL. Illa omnia sensus habẽt altiores, omittamus hæc. SCO. Et quidem disputationem de pane. Si de obsoniis fuerit tanta controuersia, magna erit in toto conuiuio discordia. CRI. Accidet nimirũ, quod Horatius inquit.

accipitur. Inde illud Senecæ: siligineum fames reddet.

Tres mihi cõuiuiæ propè dissentire vidẽtur, (2. li. 2.)
Poscentes vario multum diuersa palato.

SCO. Appone lances illas, & tympana cũ cœrasis, & prunis, & malis granatis, & persici pomis, & psicis

præcocibus.POL.Cur M.Varro dixit, conuiuas non debere excedere numerum Musarum, quum de eo numero non constet? alij enim ponunt tres, alij sex alij nouem.CRI.Dixit tanquam si constaret esse nouem, & ita erat vulgo receptum. vnde Diogenis iocus in ludi magistrum qui paucos haberet discipulos, depictas autem Musas in ludo: Præceptor, inquit, σὺν ταῖς μούσαις *multos habet discipulos. DE. Sed est ne verum, Persas pomum hoc quod apud ipsos esse lethale, inuexisse in Græciam, ad pestem eorum quibuscum bellū gerebant? BR. Sic accepi. DE. Admirabilis est in ingenijs terrarum varietas. CR. India mittit ebur, inquit Virgilius, molles sua thura Sabæi. hem cydoniper sica Si. Nouum insitionis inuentum, priscis incognitum. cede nobis patenam illam cū ficis duricoriis, qui sunt (vt nostris) prodromi. SCO. Satis est fructuū. expleamus nos reb. alijs salubrioribus corpori. CR. Quid his salubrius. SCO. Nihil, si salubre & sapidum idem sunt, sicut in meridiano somno. CR. Ego condono illis nocumentum propter oblectamentum? SCO. non meministi versiculum Catonis?*

Cū Musis. i. si cū ijs enumerentur Musæ pictæ in ludo Laer. in vita Dio lib.6. 2. Geor.

Sōno meridiano nam, vt Plau. in Must. Non bonus est sōnus homini de prādio.

Pauca voluptati debentur, plura saluti.

Dato, singulis singulas gabaceas cū iure carnium, vt sorbeant. id verò & calisaciet intestina, & blande abluet ad molliendum ventrem. SI. Profecto puer appone de suilla hac salita, ò pernā sapidissimam, maialis est. Braßicas cum larido, si mihi vis auscultare, redde coquo per hoc quidem temporis, aut serua in brumam, Lucanicæ huius ascinde mihi bucellam vnā aut alteram, quo suauius ebibam primum cyathum. CRITO.

Pareamus medicorum consilio, admonentium ut por cinæ addatur merum, funde vinum. SCO. Sequitur actus fabulæ. fortassis hoc anni tẽpore præcipuus. Spectate huius actus apparatũ: primum omnium à caliculis custos abaci scyphos exposuit vitreos crystallini uitri cum vino albo purissimo, aquam putes solo aspectu, Sanmartinium est & partim Rhenense, non infectũ, ut solent in Belgia: sed quale in media Germania bibitur. Oenophorus releuit hodie serias duas, alteram vini Heluelli seu flaui ex agro Parisiẽsi Burdegalensis: habetis in apyroto alia parata, fuscum, Aquitanicum, & nigrum è Sagunto petat quisque ex sententia palatì sui. CR. Quid potest nũtiari lætius? ut nihil est durius quam perire siti. Ego uerò mallem optimam nobis aquam prospexiße, hunc nuncium audiuißẽ libentius quam de vino. SCO. Nec ea deerit. SI. Nuper quũ essem in vrbe Roma, bibi apud Cardinalem quendam vina generosissima omnifariam saporis. nam eram præfecto cellæ uinariæ per quam familiaris vinum dulce, acutum, lene, suaue, austerum. DEM. Mihi vehementer placet diglauce. POL. Sic ferè Belgicis fœminis. SI. in pagis quibusdam Galliæ floces apponuntur, secundarium autem uinum & tertiarum habent in delicijs. Sed ea uilla sunt magis quam uina: & alioquin uinum Gallicum toto genere, nec aquam, nec ætatem fert, itaq. paulò post, quam est diffusum, bibitur. quippe post annum inclinant illico, & fit dubium, tum fugiens, & acuit. quòd si manserit diutius, emucet, & in uappam vertitur. Hispanum uinum & Italicum bene fert & aquam,

Sanmartiniũ, ex illo Hispaniæ oppido.

& ætatem. DEMOCR. Quid rei est vinum fugiens? vientur probè dolia, & obseretur cella. imò & domus claudatur, si sit opus. POL. Vt poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec seruantur, & discedere vulgò dicimus: cuius contrarium est vinum consistens. DEM. Funde mihi prius aquam ad dimidium calicem, super hãc infundens vinũ more veteri. CRI. Imò & hodierno multarum gẽtium, Galli & Germani cõtra faciũt. DEM. Quæ nationes volunt bibere aquam uinatam, aquæ addũt uinum: quæ uinum aquatum, uino super infundunt aquam. CRIT. Quæ uero uino aquam non adfundunt, quid bibunt? DEM. Vinum purum putum. CR. Etiam, nisi prius sit à vinario irrigatũ. PO. Baptizare id vocant, vt vinum sit Christianum. ea erat meo tempore elegantia philosophica. DEM. Illi baptizant vinum, & seipsos exbaptizant. POLA. Peius agunt, qui inyciunt calcem, sulphur, mel, alumen, & alia dictu tetriora, quibus nihil est corporibus perniciosius: in quos publicè deberet animaduerti vt in latrones, aut sicarios. Inde sunt enim incredibilia morborum genera, et potißimum arthretica. CRI. Ex conspiratione cum medicis id agunt, vt vtrique rem augeãt. DEM. Nimis mihi porrigis plenum calicem. deple quæso te aliquantum, vt sit locus aquæ infundẽdæ. CRI. Funde mihi in scyphum illum coloris castanei, quid rei est? SCO. Nux prægrandis Indica, ab labris argento circumclusa. visne in cullulo illo ligni hebeni? quod ferunt esse saluberrimum. Ne addas tantum aquæ: nescis vetus verbum: perdis vinum infusa aqua. DEM. Imo perdis vtrumque, aquam & vinum.

Vt Cat. Procul hinc abite lym-

num. POL. *Malim vtrumq. perdere, quam ab alteru tro perdi.* SCO. *Libetne potare more Græco ex illis pateris, & capaciorib. poculis?* CRI. *Minimè uerò. Admonebas nos modo antiqui prouerbij, vicissim admoneo te præcepti Pauli: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: & Seruatoris nostri. Videte, ne grauētur corda vestra crapula & ebrietate.* CRIT. *Vnde est hæc frigida, tā pura & pellucida?* SCO. *E fonte proximo.* CRIT. *Ad vinum diluendum malim cisternam, modo defæcatissimam.* DEM. *Quid putealem;* CRI. *Vsibus lauandi aptior est, quam bibendi.* POL. *Fluuiatilem commendant plurimi.* CRI. *Rectè, si fluant amnes per venas auri, vt ferè in Hispania: & sit quieta, & liquida.* SIM. *Mihi verò in phiala illa Samia adfer aliquantum ceruisiæ, quam puto refrigerando corpori hoc æstu vtilissimam.* SCO. *Ex qua tandem ceruisia?* SIM. *Ex tenuissima: nam aliæ nimium incraßant spiritus, & reddunt obesum corpus.* PA. *Mihi item dato, sed in vitro illo terete.* SCO. *Curre ad culinam, quid isti cessant? quin mittunt missum alium? uides iā hinc neminem attingere? Adfer pullos gallinaceos, elixos cum lactucis, buglossa hortensi, & intubo: veruecinam quoque, & vitulinam.* CR. *Adde etiam in scutellulis paulum sinapis, aut petroselinati.* DEMO. *Violenta res videtur sinapis.* CRI. *Non admodum congruit biliosis, ijs tamen qui crassis & frigidis humoribus redundant, haud inutilis.* POL. *Idcirco sapiunt populi Septentrionales, quibus illa est magno vsui, præcipuè cibis craßis & duris addita, vt bubulæ & salsamentis.* SCOL. *Hoc loco existimo pultes &*

plie vini pernicies

Nolite ad eph. 5.

Videte Luc. 21.

Missū aliū, vn'altro seruitio in tauola.

ptisanas uenturas in tempore, leucophagum, similaginem, amylum, orizam, vermiculos, edat quisque ex quibus uolet. MEM. Vidi qui à vermiculis huiusmodi vehementer abhorreret, quòd autumaret collectos fuisse ex terra aut cœno, & vixisse aliquãdo. CR. Scilicet metuebat, ne in aqualiculo suo reuiuisceret. Orizã ferunt nasci in aqua, mori in vino, cedo igitur uinum. DEM. Ne bibe statim è cibo calido, intermisce prius frigidi aliquid & solidi. CR. Quid? DEM. Crustam panis aliquam vel turũdam vnam aut altera carnium, SIM. Vah, pisces cum carnibus in eadem mensa? mare miscetur terræ, hoc vetant medici. SCO. Imò hoc placet medicis. SIMO. Credo, quia illis vtile. SC. Cur ergo vetant medici. SIM. Erraui, a medicina prohiberi dictum oportuit, non à medicis. Sed qui sunt pisces isti? SOC. Appone ordine, primum lupum illum assũ cum aceto & capparibus tũ passeres elixos cum succo lapathi acuti, soleas frixas, lucium recentem, & capitonem, lucium salitum serua tibi, thymnum assũ recentem, et thymnum in salsamento, menas recentes frixas, crustulata in quibus mulli barbati, murenæ, et trutæ multis conditæ aromatis, gobios frixos, cammaros & cancros elixos. Admisce scutellas cum intritis alliato, piperato, erucato. SIM. Ego uerò de piscibus loquor, non edam. CR. Si philologus cœperit de piscibus mouere controuersiam, hoc est, de re incertissima & controuersissima, incipite nobis lectulos insternere, hic erit cubandum. SCO. Nemo dignatur uel gustare, tolle hæc. SIM. Atqui conuiuia olim Romæ lautissima, & ut ipsi soliti erant dicere, pollucibilia ex pi-

Crustula in q̃ vulgo pastelli.

scibus

ſcibus conſtabant. CRI.Ita ſunt mutata tempora, etſi hoc etiamnũ durat apud quoſdam: SCO. Importate aſſa, pullos, perdices, turdos, anaticulas, querquedulas, palumbulos, cuniculos, lepuſculos, vitulinam & hœlinam, & intinctus ſeu embamata, acetum, omphacium, oxipora, mala etiam medica, & cytonia, & oliuas Balearicas conditiuas, quaſſas, & in muria aſſeruatas. DEMO. Non adſunt Bethicæ. SCOP. Magis ſunt ſaporis ſciti Ballearicæ. CRI. Quid fiet grandibus illis belluis, anſeri, cigno, pauoni? SCO. Oſtende tantum, & refer in culinam. POL. Hem pauonẽ. Vbi eſt. Q. Hortenſius cui erat in deliciis? SIM. Tolle agninam. SCO. Cur tolletur? SIMO. Quia eſt inſalubris fe runt eam non alià exire, quam quà intrauit. CR. Vidi quendam deuorare oſſa oliuarum ſtruthionicè. SCO. Ex quibus carnibus ſunt artocreæ iſtæ? CRI. Hæc eſt ex ceruina. SCO. Hæc ex Damica, illa eſt, ut puto, ap rugna. CRIT. Condituras ipſius malim quàm carnes. SIMO. Planè ita eſt, etiam res amaras condimentum reddit ſuauiſſimas. CRI. Ecquid eſt vitæ totius condimentum? DEMO. Aequus animus. CRITO. Aliud quiddam ego proferã amplius, & auguſtius. DEM. Quid tandem hoc meo? CRI. Pietas. ſub qua & animi æquitas comprehenditur, & ad res vniuerſas aſperas, faciles, medias condimentum aptiſſimum, & iucundiſſimum. SCOP. Infunde vinum album Hiſpanicum in charcheſium, illud & circũfer per cõuiuas, DEMOCRITVS. Quid paras agere? ſub prandij finem propinas nobis vinum forte ac generoſum. dilutius erit poſthac bibendum, ſi conſultum cupimus va-

Artocreæ paſtilli ex carne.

letudini. SIM. Recte mihi videris admonere, frigida enim oportet esse in conuiuio postrema, quæ pondere suo cibos ad imum ventriculum detrudant. & vapores caput impetentes cohibeãt. SCO. Tolle ista, muta orbes, & quadras, da secundam mensam, nam nemo extendit vsquam manum. GRI. Adeò voraui initio auide, vt statim amiserim appetitum. DEM. Ego item non appetitione, sed impetu feror ad primas dapes, inde me expleo. POL. Nescio quid edi de piscibus, id gustum meum prorsus retudit. SIMO. Tantùmne bellariorum apparatum & cupedines, quum nihil superest amplius cupediæ? pyra, mala, caseus multiplex, sed palato meo congruentissimus est hippax. CRIT. Non reor hippacẽ esse hunc, sed Phrygium, ex lacte asini qualis è Sicilia vsq. aduehitur columellari forma & quadra: qui quum frangitur, in laminulas finditur siue phyluras. DEMOC. Caseus hic, etsi Britannicus fistulosus est, non erit mea utique sententia vobis gratus. CRI. Sed neque hic spongiosus Hollandicus. Parmensis hic est bene compactus, & satis (vt videtur) recens. & ille Penafellius, facile cum Parmensi certarit. DEM. Non est Parmensis, sed Placẽtinus. CRI. Etiam, si placet, vulgo Germanorum suauißimus est caseus vnctus, putris, confriatus, & vermiculosus. SI. Qui talem odit caseum, sitim venatur: & edit, vt bibat. SCOP. Pistor dulciarius nimium moratur, quin adfert stibilitas, & artologana testuacia, & sartaginea, consperfione in cacabum iniecta olei feruentis, melle superfuso? CRIT. Cariotas da mihi aliquot & ad edendum, & ad seruandum, fortasse nocte hac nihil

Pennafellius ex illo oppido Hispanię.

hil

hil edam aliud. SCOP. Cape igitur spathalium hoc integrum. vin'ex malogranatis. PO. Heus puer? spolia nobis hanc palmam agrestem, & da quod est esui. SCOPAS. Potionis uos admoneo. scitis Aristotelis esse opinionem, tragemata esse inuenta, vt eanos ad bibendum inuitent, ne cibus in arido coquatur. CRITO. Oportet ergo inuentorem fuisse, uel naturam, uel piscem, qui adeò timeret ariditatem. SCOPAS. Adfer ea, quæ solent vocari sigillum stomachi, post quę nihil est nec edendum, nec bibendum: bucellatum, cydoniatum, coriandrum saccharo contectum. hoc vero manducandum est, non edendum: sed quod ex manso reliquum est aridum, expuendũ. Collige frusta & reliquias in canistris. adfer aquas odoriferas, rosaceã, floris mali medici, moscatũ. PO. Agamus Christo gratias. PV. Agimus tibi gratias Pater, q̃ tã multa ad hoĩum vsus cõdidisti: annue, ut tuo fauore ad cenã illã veniamus tuæ beatitudinis. PO. Agamus nũc domino gratias. CRI. Age tu. PO. Imò agat Democritus, q in hisce reb. multũ ualet. DE. Gratias tibi nõ possũ agere pro merito hoc statu reipu. vides. n. oĩa à Baccho ꝑturbata. sed recitabo quas Dionysio agit Diogenes, nã mãdaui memoriæ: tu labẽti memoriæ, & linguæ titubanti, in tanta eluuione habebis ueniam. SCOPAS. Dic quicquid libuerit, scribetur in vino. DEMOCRITVS. Defatigasti teipsum Scopa, vxorem, famulos, famulas, uicinos, coquos, pistores, vt nos magis comedendo & bibendo delassares. Socrates sapienter, qui in mercatum celeberrimum ingressus exclamauit: O dij immortales, quam mul-

Arist. problem. sect. 22.

multis ego non indigeo.tu cõtra poſſes dicere.Hęc omnia quotula portio ſunt eorũ,quibus ego indigeo? Naturæ placent modica,et illis ea ſuſtẽtatur, ac fulcitur. hæc tam multa,tam varia,obruunt naturam. meritò Plinius;Varietas ciborum homini peſtilens, peſtilentior condimentorum. referimus hinc domum grauata corpora,referimus animos obrutos,ac demerſos cibis, & potionibus, vt nullo hominis officio ritè poſſimus fungi.Tu ipſe iudicato, ecquam tibi gratiã debemus. SCO.Hæccine eſt gratia, quam habetis?ſic rependitis prandium tam opiparum? PO.Ita planè. quod enim maius beneficium quàm vt fias ſapientior? tu nos domũ remittis planè bruta,nos te domi tuę volumus hominem relinquere,ut ſcias cõſulere tuæ ac alienę ualetudini,& ſecundũ naturæ deſideria viuere,non iuxta corruptas ad ſtultitia opiniones.Vale,& ſape.

EBRIETAS.

Aſotus,Tricongius,Abſtemios,Glaucia.

ASOT.Quid tu dicis Tricongi? quàm lautè nos hæri accepit Brabãtus ille? TRI.Male ſit illi, non potuit tota nocte quieſcere.Vomui(ſit habitus honos ueſtris auribus) conuolui me ſubinde toto lecto, modo ad ſpondam interiorem, modo ad exteriorem. fauces & ſtomachum videbar mihi reiecturus. nunc præ dolore capitis nec oculorum officio poſſum fungi, nec aurium,lamina põderoſa plumbi vĩ mihi in frontem & oculos incumbere.ASO. Frontem & tpa fortiter aſtringe faſcia,& rex uideberis.TR. Seu ipſe potius Bacchus,a quo inſtitutum manauit diadematum in reges.ASO.Recipe te domum, & edormi crapulã.

Pli. lib.7. cat.26.

TR.

TR. Domum vero? nihil æquè fugio & auersor, vt domum & vxorem clamosissimam. ea si me nunc aspiceret, longiores haberet homilias quàm Chrysostomus ABSTEM. Hoccine appellas tu lautè tractari? GL. Planè ita est. nam lauerunt probè guttur & fauces. ABST. Manus verò? GLAV. Ne semel quidem. ASO. Imò sæpè vino & lacte, dum alij in aliorum pateras immittebamus manus. GLAV. Quid potest dici lautius? & quidem digitos pingui carnium & embammatis inuiscatos. AB. Tace per diuos. quis posset absque nausea rem adeò audire obscœnam? quanto minus videre, aut de eiusmodi vino aut lacte gustare? ASO. Diui vestrã fidẽ, adeon' es Abstemi delicatus vt hęc ne aurib. quidem possis deuorare? quid faceres palato, vt nos? Sed heus tu Tricongi cõpotatur suauißime, mittamus puerũ aliquẽ, qui nobis in illa phiala fictili adferat ex eodem vino. nulla est certior huic veneno theriaca. Tri. Est ne hoc exploratum? ASO. Quidni esset? memineris versus, quos cantat Colax: ad sanandum morsum canis nocturni sume ex pilis eiusdem canis. GLA. Narra quæso de conuiuio. AB. Ne narres, nisi velis me reuomere quidquid habeo in ventriculo, cũ ipsis vitalibus. GLAV. Faceße igitur paulisper. ASO. Ego narrabo quam commodißime, vt nusquam sit honos præfandus: GLAV. Incipe obsecro, aduerte aĩum Abstemi. AS. Glaucia, mi, ante oĩa istud ex me habe, nullũ eße hoĩm genus quod cõparari poßit cum festiuo & largo conuiuatore. Quidã ostẽtant eruditionem rerum variarum, idest, mera nugamenta, alij iactant experientiã, & vsu collectam pru-

dentiam quorsum id? Sunt qui habent quidem opes, sed non audent expendere, miseri, quid eos iuuat asseruare? benignus cõuiuator, vbique prodest, vbi est gratus, vel solus illius aspectus exhilarat tristitiam animi, & discutit, si qua est in eo miseria, siue recordatione cõuiuij, siue spe atque expectatione. alia omnia quę dicuntur bona animi, nec ego video. & sunt ieuna atque infrugifera. ABST. Rogo te Asote, quis est autor tam bonæ sententiæ? ASO. Ego & omnes mei similes, id est, pleriq; ex Gallia Belgica à Sequana ad Rhenum flumen. Tantum dissentiunt inter nos homuli quidam, vel miseri & præparci: qui Abstemio suum inuident cognomen, frugi volunt appellari: vel quidam magna sapientiæ opinione suffarcinati, idest, inani nomine, quos etiam nos (idest maxima pars hominum & præcipua) ridemus. ABS. Quid audio? GLAV. In hoc iste non fallitur, etsi ebriosus: nam nusquam eruditio minus habet pretij quã in Belgica. non aliud esse rem cur virum eruditione præstantem, quam sutura vel textura. ABS. Atque student hic multi, & non infelici profectu. GLAV. Deducuntur è parentibus parui filij ad scholas, tanquam ad opificium. quo parent sibi deinceps victũ. Ipsi etiam scholastici dictu incredibile, quam parui institutores suos faciant, quam prosequantur honore exiguo, & præmiis adeò tenuibus, vt doctores insignes ac primi nominis tollerare sese vix possint. ABS. Ista sunt ab instituto sermone aliena. reuertamur ad cõuiuiũ. ASO. Hoc malim audire, et missos faciamus iã tandẽ sermones istos studiosos, qui sũt profectò infrugiferi. Nescio quẽadmodũ vos Itali de

Abstemium aq̃ potorem vocat, Hor. li. 1. epist. 3. ad Me. dr̃ ab abstineo, & temetum quod antiquis valebat vinum.

eru-

eruditione statuatis, mihi certè res videtur non solum inutilissima, sed etiam damnosa. ABST. Idem videtur boni & sui, quod tibi, & nobis quoque videretur, si non plus haberemus mentis quam tu. ASO. Non eßet finis. Itaque audi iam. primum omnium accubuimus seueri & tristes, sacrata est mensa, silentium ubique, & quies, cœpimus expedire cultellum quisque suum, speciem præbebamus non inuitatorum, sed inuitorum, adeò id diceres facere nos coactos, & faciebamus re vera admodum segniter: nondum enim incaluerat animus ardore illo libero. aptat quisque mantile suum humeris, nonnulli etiam pectori. alij de mappa extendunt super gremium, sumit panem, aspicit, voluit, purgat si quid esset carbonis, aut cinerum, decorticat, & hæc omnia lente & cunctabundè. Quidam auspicati sunt cenam è potione: alij priusquam biberent, paululum sumpserunt acetaij, & bubulæ salitæ, ad excitandum dormiens palatum & stimulandum languidulum: primus scyphus fuit ceruisię, vt frigidum cœmentum substeneretur ardori vini. Allatus est sacer ille liquor, primum poculis angustis & exiguis, quæ magis sitim irritarent, quàm restinguerent. Dominus homo festiuissimus, qui potiorem in hac tota regione nullum habet, ac ne parem quidē mea vtique sententia (quod sit dictum sine cuiusquam iniuria) iubet adferri pocula capacißima, & cæptum est largiter potari more Græco, vt dicebat illic philogræcus quidam, qui Louanij olim studuerat. Ibi cæpimus loqui, tum incalescere, hilaritas vbique & risus diffusißimus: ò cœnæ noctesq́. deorum. alij alijs præ-

Philogræcus, Varronis vocabulum.

bibimus.

bibimus,& magna æquitate faciebamus paria: nefas erat sodalem fraudare, tali præsertim tempore. ABSTEM. Merito, quum agitur non de calice vini, sed de sensu, & mente, rebus in homine præcipuis. Sed vt hac de re tam læta,tam festiua tu,& ego colloquamur,primum rogandus es an sis ebrius. ASOT. Non reuera, & facilè est cognoscere ex ordine orationis meæ:nam si essem,putas me hæc referse potuisse adeò compositè? ABST. Rectè est alioquin iuxta Mimi versiculum cum absente litigare. Principio cur non extruitis templum aliquod in hac regione Baccho,cœlestis huius liquoris repertori? ASOT. Hoc vestrum est, qui ædem habetis Romæ Sergij & Bacchi. nobis satis est quotidie illi passim sacra facere. Et fortaße erigeremus templum,si constaret fuisse illum inuentorem:nam de ea re audiui disputari inter studiosos quosdam. Sunt qui putent primum fuisse Noam,qui vinum biberit,quique sit inebriatus. AB. Dimittamus ista cedo,quod vinũ bibebatis? ASOT. Quid nostra refert,quod sit vinum,aut cuias:habeat modo nomen & colorem vini, id satis est, nobis delicias illas quærat Gallus,aut Italus. ABSTEM. Quę ergo potest esse delectatio, quum id non gustas,quod in corpus ingeris? TRICONG. Fortaße nonnulli initio aliquid gustãt,integro palato:mox verò depraua to ex tanta humoris redundantia, gustum omnem amittunt. AB. Siti iam extincta,nulla superest uoluptas, quæ tota sita est in satisfaciendo desideriis naturalibus. ita vt tormenti sit genus sine siti bibere, aut sine fame edere. TRICON. Putas nos. Abstemi

*ad voluptatem potare, aut quod sit iucundum? ABS.
Tāto ergo estis peiores bestiis, quæ cupiditatib. natu-
ralibus aguntur, vos neque illuc ducit ratio. & retra-
bit natura. TRI. Ducit nos eò sodalitas, & paulatim
inebriamur imprudentes. ABS. Quoties estis inebria
ti, quoties alios ebrios vidistis? TRI. Quotidie pluri-
mos. ABS. Non sufficiunt ergo tam multa experimē-
ta ad deuitandum rem tam fœdam? atqui bellua vel
vno experimento fieret cautior. GLAV. At sodales
istos, in quorum gratiam transeunt ex hominibus in
bestias, scis quam habent charo? dum potant; darent
illis præcordia: digressi illinc, vix agnoscunt, vitam
& animam cuiusuis illorum nollent redemptam sibi
nūmo sestertio. ABST. Quibus ex poculis haurieba-
tis vinum, & quomodo? ASO. Primum allata sunt
vitrea, paulo post ob periculum sublatis illis, exhibi-
ta argentea. In vinū iniiciebamus a primo herbulas,
quod id suaderet anni tps, paulò post ius carnium, lac,
butyrū, cremorē. ABST. O spurcitiem, ne belluis qui
dem tolerabilem. TRIC. Quanto tu tragicoteron ex-
clames, si scias alios in aliorum pocula manus sorden-
tes immittere? coniicere ouorum & pomorum & nu-
cum putamina, & oliuarum, ac prunorū ossa? ABS.
Abstine ab hisce narrādis, si vis, ne me hinc in syluas
aliquas fuga abripiam. TRI. Audi tu in aurem Glau
cia. Quidnam horum gestans in faciēdo itinere cornu
venatorium, plenum, ut neceße est, puluere, & stipu-
lis, & floccis, et sordibus aliis, ex hoc bibimus. GLA.
Quid? TRIC. Quid verò? vinum. GLA. Imò verò
mentem. TR. Planè ita est, & post epotā mentem, ma*

tulis

tulis non admodum mundis, sumptis de scamno lecticari, vsi sumus pro calicibus. ABS. Quis fuit conuiuij exitus tãquam fabulæ? ASO. Natant vino pauimenta. Inebriati sumus omnes, hospes in primis, homo strenuus, deiectis sub mensam magna victoria duob. aut tribus. ABSTO. præclaram victoriam, & de re pulcherrima ac prædicanda. Sed omnes tamen vinum vicit? ASO. Etiam. ABST. Miserum te, quid putas esse ebrium? ASO. Probè & ex animi sententia indulsisse Genio. ABST. Cui Genio? bono an malo? GLA. Si rectè omnia scruteris nusquam inuenies cui indulgeant, neque enim animo, nec voluptati, nec ulli rei alteri, cui alij indulgent, qui uitiis obtemperant, & prauis animi cupiditatibus. Sed inebriari est, sensuum facultates amittere, exire de potestate rationis, iudicii, mentis planè ex homine fieri vel pecus, vel saxũ. quæ deinceps sequãtur, etsi nunquàm ebrios vidi, tamen facillimum est coniectare, loqui, & nescire quid loquaris: si quid commissum est tibi arcanum maximè celandum, effutire: atq; ea dicere, propter quæ te & tuos & sæpè patriam ac prouinciam vniuersam in graue discrimen adducas: nulla distinctio amici, & inimici, uxoris, & matris, rixę, iurgia, inimicitiæ, plagæ, vulnera, mutilatio, occisio. TRI. Etiam sine ferro & sanguine. nam non pauci continuant ebrietatẽ cũ morte. GLAV. Quis non malit domi se cum cane aliquo, aut fele includere, quam cũ ebrio? plus enim mẽtis est in illis animãtibus. ABST. Post ebrietatẽ vero cruditas, debilitatio neruorum, paralyses, arthretici cruciatus, grauedo capitis & corporis totius, hebeta-

tatio ſenſuum omnium,memoria extinguitur, ingenii acies retunditur: vnde ſtupor in tota mẽte, & ad intelligendũ ſapiendumq́; & ad eloquendã. ASO.Iã incipio intelligere,magnum eſſe malum ebrietatem, poſt hac dabo ſedulã operã,ut bibã ad hilaritatem,non ad ebrietatẽ.GLA. Hilaritas eſt ianua ebrietatis . nemo venit ad bibendũ eo aĩo,vt inebrietur:ſed bibendo exhilaretur , continuò poſt ſequitur ebrietas: difficile eſt enim ſignare hilaritatis metã,atq. in ea ſiſtere.Lubricus eſt gradus ad hilaritate ad ebrietatem. AB.Dum vinũ habes in ſcypho, illud eſt in tua poteſtate : dũ in corpore,tu es in illiꝰ,haberis iã,nõ habes,quũ bibis,tu tractas vinũ ꝓ tuo libito:poſtquã biberis,illud te tractabit ꝓ ſuo.AS. Quid ergo nũquãne eſt bibẽdũ.AB.

Vnde illud,vinũ memoriæ mors.

Dum vitant ſtulti vitia in cõtraria currunt.

Horat. in epiſt. ad Piſ. quæ vulgo poetica dicitur.

Bibendum quidem,non potandum;natura ſola in hoc docet bruta,hominem non docebit eadem natura rõne adiuta;Edes quũ eſuries,bibes quum ſities, fames & ſitis admonebunt quantum,quãdo , quatenus edendũ & bibendũ.AS.Quid ſi ſemper ſitiam,nec ſitim poſſim mitigare,quin fiam ebrius? ABS.Bibe, quod inebriare non poſſit.ASO. Non fert conſtitutio mei corporis.AB. Quid ſi tãtum eſuries,vt exſatiari nullo cibo poſſes,niſi diſrumpereris? AS.Ea verò nõ eſſet fames,ſed morbus.AB.Nimirum opus eſt medicina ad eam famem tollendam , non dapibus: nonne? ASO. Quidni? AB. Eodem prorſum modo medico tibi eßet opus ad eam ſitim,non caupone : & potione de pharmacopolio petita,non de œnopolio.non eſt ea ſitis,ſed morbus,& quidem pernicioſus .

RE-

REGIA.

Agrius, Sophronius, Holocolax.

AGR. *Quid est, q tã multi regẽ comitãtur, tam vario cultu? SO. Quin tu potius vultus cõtemplaris, quàm cultu? magis sunt enim vultus varij: ac diuersi, quàm cultus & vestitus. AGR. Istud quoque de vultibus quamnam habet causam? SOP. Vestiuntur quidem aliàs pro facultatibus, aliàs pro ratione dignitatis aut generis, sæpe etiam vt cuiusque est vel ambitio, vel vanitas: multi quoque vestimentorum elegantia vtuntur pro hamo & reti, ad fauorem captandũ vel Regis, vel procerum, animos puellarũ non rarò. Vultus autem affectus animi sequitur: talis est ferè qualis interior animi habitus. AG. Sed cur tam multi huc conueniunt? HOLO. An non decet vt plurimi sint, vbi est caput et regimẽ prouinciæ totius? SO. Optimè, sed plerique non adeo Rempublicam spectant, vt priuatam: & sequuntur eum, in cuius manu est regimen non tam patriæ, quàm fortunarũ. HOL. Quidni? quandoquidem omnia sunt pecuniæ venalia. SO. Sic iudicãt illi, quibus animus & mens nihil omnino est: valetudo autem, & dotes corporis viles. AG. Quid opus est in hoc tumultu aulico tanta Philosophiæ speculatione? ego verò malim de vobis intelligere quinam sint isti tanto numero, tam varia specie ac forma? HOLOC. Ego tibi omnes percensebo ordine nam Sophronius hic, quantum intelligo, non est ad-*

modum

modum in regiis uersatus: ego uerò comitatus omnes regios adij, penetraui, perscrutatus sum, perspexi, gratus sẽper omnibus, & iucundus. SOP. Inde credo parasti tibi cognomen illud Holocolacis. HOL. Rem tenes: sed tu Agri ausculta. Ille, in quem aures, oculi, mens omnium intenta est ac defixa, est rex, caput Reipub. SOP. Verè caput, & ideò salus, quum est sapiens ac probus: pernicies autem quum malus, aut demens. HOLO. Ille qui ponè sequitur, puellus est, filius eius hæres, in quem in aula Græca uocabant δεσπότην, hoc est dominũ: in Hispania uocant Principem: in Gallia Delphinũ. Torquati illi in vestibus holosericis & holobrizis, proceres sunt Regni, insignes dignitatum militiarum nominibus, Principes, Duces, Præsides limitanei, quos Marchiones nominant, Comites, viri qui Barones, voce barbara nominantur, equites. Ille est magister equitum, quem vulgo comitem stabilem appellant, nomine ex aula Græca sumpto, vbi magnus Connestabulus cognominabatur, sicut præfectus maris, Admirabilis. Est & prætorio præfectus qui non solum palatio præerat, sed etiam satellitio, quem Romuli tempore prefectum Celerum nominabant, & satellites ipsi Celeres. AGR. Quinam sunt illi in vestib. tallaribus, magna seueritate uultus? HOLOC. Sũt regij consultores. SOP. istos quos in consilium adhibet Princeps, prudentissimos esse oportet magni rerum vsus, & in decernendo grauitatis ac moderationis summæ? AGR. qui istbuc? SOP. Quia sunt oculi & aures Principis, atque adeò Regni vniuersi. & eo magis, si cæcus aut surdus sit Rex, captus suis sensib. uel

Qui in limitibus Regni cõstituũtur in præsidio.

ab

ab ignorantia, vel à delicijs. AG. Etiamne lusus ille & ille alter surdaster, oculi atq. aures sunt. Regis? SO. Peior est cordis cęcitas & surditas. HOL. Eos. q sunt à cōsilijs, sequūtur scribæ, nec ij pauci, vel vnius ordinis: tum qui pecuniā principalem retractant, vel procurant, coactores tributi ærarii, præfectus fisci, procurator fisci, & fisci aduocatus. AG. Qui sunt iuuenes illi comptuli & festiui, qui semper regem sectantur, & astant illi, alij arridentes, alij ore aperto velut admirabundi? HOL. Hæc est cohors intimorū amicorum, deliciæ atque oblectamenta regis. AGR. Duos illos ingredientes cur assectantur tam multi vultuosi? HOL. Quia ijs est apud regē fides pcipua, alter est pfectus sacri scrinii, siue princeps scribarū: alter à secretis arcanis, apud quem est regni breuiarium. Idem est principi à memoria; eaq; de causa offerunt se illi quotidie tam multi, vt memoriam illius de se refricent ac renouent, quādo quidem is est principis memoria. Illi autem, qui ducunt vultus, sunt litigatores; quique res suas persequūtur: nec eorum vnquam negotia finem inueniūt, longa contexa serie procrastinationum. Duo illi qui deābulant in porticu, præfecti sunt: alter cubiculo, alter regio equili: habent hi sub se alios permultos cubicularios & equisones. Sed ingrediamur regiā cenationem. AGR. Ah quanta turba, qui apparatus tam anxius & morosus? SOP. Id vero maiore cū admiratione fueris intuitus, si scias, quàm leuem ad rem pertinet: nempe vt sorbeat ouum vnum, & pauxillū vini bibat nauseabundus. HOLO. Ille est hebdomadæ huius architriclinus cum scirpo Indico. pocillator est

adolescens ille. structor nondum est ingreßus. AGR. Qui sunt cum rege pransuri? HOL. Quinam eßet tã beatus, qui posset epulis accumbere diuum? SO. Atqui olim regiæ mensæ adhibebantur conuiuæ, modò duces exercitati, modò viri claro genere, aliàs insignes vel vsu rerum, vel eruditione, quorum sermone rex fieret melior ac sapientior. Sed Gothica & aliorum Barbarorum superbia morem hunc nostrũ inuexit. HOLO. Habent proceres aßeclas suos armigeros, exoletos, pueros pedissequos, pueros à pedibus, siue a calcari. Sunt inter eos diuites magnificentissimi, qui plerosque excipiunt cena recta. alij quibus hoc molestium videtur, mittunt amicis sportulas, idque est amicis tenuioribus vtilius, sed recta conuiuari plus habet splendoris. AGR. Aliud hominum genus videre mihi videor in illo cenaculo. HO. Illud est Gynecium, ibi Regina habitat cum matronis suis & puellis. aspice vt ingrediuntur et egrediuntur ex partheone, tanquam apes ex alueario, iuuenes amatores. mancipia Cupidinis, SOPHRO. Sæpè & senes, bis pueri. HOL. Nihil est maioris voluptatis, quam audire illorum acutè excogitata dicta, vel poemata, canticulas, melodias antelucanas, confabulationes cum puellis, videre saltationes, obambulationes, varietates colorum in cultu, habitus & formas vestimentorum. habent pueros amanuenses, per quos mittuntur & remittuntur mandata: hi verò nunciant & renunciant vltrò & citrò mandata, qua solertia, diligentia, educatione, diui vestram fidem, nudis capitibus, flexo poplite, atque

etiam positis genibus, audire est quotidie & videre aliquid noui, inopinati, acutè, & subtiliter excogitati vel dicti, animosè, aut dextrè aut solutè facti. SO. Imò dissolutè, HOLOC. Quę fœlicitas maior? quis possit ab hmōi suauitate diuelli? SOP. Colax Colax, & tu sine amore insanis, & sine vino ebrius es. quæ ineptia potest esse maior, quàm ista abs te descripta, HOLO. Nescio qui fiat, vt ex scholis videas plerosq; discedere, ingressi semel aulam in ea consenescant. SOPH. Tanquam qui de Circes poculo biberant, amissa mente & in belluarum ingenium degnerantes, nolebant inde egredi, & ad hominum naturam ac conditionem redire. AG. At hi omnes, quum se ad suam quisque domum receperunt, quid agunt? quibus se actionibus occupant, ut saltem fallant tempus? SOP. Plerique omnes nihil magis addunt serium, quā quod cernis, atque adeò otium illis multorum vitiorum parens est ac nutricula. Ludunt quidam taxillis, chartis, alueolo, aciebus: alij per occultam detractionem et artificiosam maledicentiam horas pomeridianas transmittunt, hoc est, quibus domi desident: aliqui mirificè capiuntur scurris & fatuis, in quos sunt profusissimi, ad cætera præparci & sordidi. Sed præcipua aulę corruptela est, assentatio vniuscuiusque erga alios omnes quòdque peius est, erga semetipsum: ea efficit, vt nullus vnquam nec à se, nec à socio veritatem conducibilem audiat, nisi fortè in iurgio: quam is tum parum pro veritate accipit, sed pro contumelia. HOLOCOLAX.

Teren. in Lu. act. 2, sc. 2.

Hic quæstus est nunc multo vberrimus.

*Tu cum iba veriloquentia esuries strenuè. ego arriden-
do, adblandiendo, omnia approbando, & laudando,
euasi locuples. AGR. Non possent hęc incommoda re-
ges corrigere? SOP. Perfacilè, vellent modò. Sed alijs
bi mores placēt, quia suorum similes? alij ipsis sibi eas
occupationes arcessunt, per quas nunquam vacet recti
aliquid aut sani cogitare. non desunt qui remissis ani-
mis, & dissolutis, non arbitrantur vllius domus ac fa-
miliæ mores ad curam suam pertinere. quæ non perti-
nent profectò minus, quàm ad unumquemq; nostrum
sua domus priuata.*

PRINCEPS PVER.

Morobulus, Philippus, Sophobulus.

*MOROB. Quid agit tua celsitudo Philippe?
PHI. Lego, & edisco, vt ipse intueris: MOR.
Intueor sanè, & cum dolore, defatigas te & maceras
generosissimum istud corpusculum. PHI. Quid ergo
agerem? MORO. Quod alij proceres, principes uiri no-
biles & opulēti: equitare, cōfabulari cum puellis Au-
gustæ matris tuæ, saltare, discere artem tractandi ar-
ma, lusitare solijs, aut pila salire, currere. hæc uides
esse studia nobilitatis iucundißima. Quòd si tantis
oblectationibus fruuntur, qui uix digni sunt, ut in fa-
miliā tuā admittātur: quid te facere cōuenit, tāti prin
cipis filiū, & hęredē? PHI. Quid? studiū literarum? ni
hilne prodest? MORO. Prodest quidem: sed ijs qui sunt
initiādi sacris, aut qui ea arte uictū sūt sibi comparatu
ri: quemadmodū alijs sutoria, alijs textoria & artes cę
teræ questuariæ. Surge quæso, depone libros de mani-
bus, eamus deābulatū, certè ut respires aliquantisper.*

PHI. Non licet mihi nunc per Stunicam & Siliceum. MOR. Qui sunt hi Stunica & Siliceus? an non subditi tui, in quos tu habes imperium, non illi in te? PH. Stunica est educator meus, Siliceus autem institutor literarius. Subditi sunt illi quidem mei, seu verius patris; sed pater, cui ego sum subditus, præfecit illos mihi & me illis subiecit. MOROB. Quid ergo? dedit pater celsitudinem tuam in seruitutē illis hominibus? PHI. Nescio. MOR. Ah facinus indignissimum. SOPHO. minimè verò ò fili, imò illos fecit seruos tuos, quod voluit tibi semper adhærere, oculos, aures animum, mentem in te vnum defixa gerere semper, & relictis suis quemque negotijs tuum vnius negotium agere: non vt te imperiosè vexent, sed vt rudes tuos mores boni illi, et sapientes viri ad virtutem, decus, atque excellentiam forment: non quo te reddant mancipium, sed vt verè liberum, & verè principem, quibus si non obtemperaueris, tum demum seruus eris extremę conditionis, peior ijs, qui inter nos versantur, empti & venditi ex Aethiopia vel Africa. MOR. Cuius tandem esset mancipium, si illis educatoribus morem non gereret? SOPH. Non certè hominum, sed vitiorum, qui domini sunt importuniores atque intolerabiliores quouis homine improbo & sceleroso. PHIL. Non satis ista intelligo quæ dicis. SOP. An intellexisti, quæ Morobulus? PHIL. Planissimè omnia. SOPH. O quam essent homines fælices, si quàm cito habent sensum atque intelligentiam rerum leuium & malarum, haberent et bonarum & conducibilium. Nunc verò contrà euenit, ætate ista nugas, ineptias, imò insanias, ad quas

te Morobolus eſt adhortatus, facile intelligis. quæ ego de virtute, de dignitate, de omni laudis genere dicerem, tam caperes, quàm ſit Arabicè loquerer aut Gothicè. PHI. Quid ergo faciundum conſuleres? SO. Vt ſaltem ſuſtineres aßenſionem, nec huius ſuaſib. nec meis acquieſcere. quoad de vtriuſq. poſſes iudicare. PHIL. Quis dabit hoc iudicium? SOPHO. Aetas, inſtitutio, experimenta. MOR. Hui quam eſſet longum iſta expectare. SOP. Bene monet Morob. abijce libros eamus luſitatum, & ludemus ludum, in quo vnus eligitur rex, is præſcribit alijs quæ ſint agenda, parent cæteri iuxta leges luſionis, tu eris rex. PHI. Vterit ludus: nam ſi eum ignorem, quomodo potero regem in illo agere; SOPHO. Quid dicis Philippule dulciſſime, deliciæ Hiſpaniarum? in ludo & rebus leuiſſimis, in quibus error nihil adfert periculi, non auderes regnum ſuſcipere, ludi neſcius: & vis tot & tanta regna ſeriò capeſcere ac regere, ignarus conditionum populorum, legum, adminiſtrationis? deniq. rudis totius prudentiæ, inſtructus ſolum ridiculis ineptiis, quas tibi Morobulus hic in animum inſtillat? Heus puer, dic profecto equilis, vt proferat huc equum illum Neapolitanum, ferociſsimum, calcitronem, & ſternacem, in quo Philippus ſedeat. PHILIP. Minimè illum verò, ſed alium cicuratiorem, nam regendi equi tam refractarii nondum artem habeo, nec vires SOPHO. Quæſo Philippe, & putas tu leonem vllum eſſe æquè ferocem, aut equum adeò calcitronem, & refractarium, & minus parentem frenis, quàm gentes ac cætus hominum qui conueniunt, & congregantur ex

omni vitiorum, flagitiorum, scelerum & facinorum generę? ex animi perturbationibus concitatis, incensis inflammatis, ardentibus? equum non audes attingere, populum poscis, quouis equo ad regendũ tractãdumq; difficiliorem? Sed mißa isthæc faciamus. Vides in hoc flumine illam cymbulam? nauigatio est iucundißima atque amænissima inter prata, & saliteta, quæso descẽdamus in eã: tu sedebis ad clauum, & ages cymbam. PHIL. *Ita plane, vt vos subuertam, demergam quemadmodum nuper feci Primentellus.* SO. *Ne cymbam quidem gubernare vis, in amne tam modico & tam placido, quia rudis? & committis te mari illi, vndis, fluctibus, tempestati populorum, inscius, & inexpertus? planè vsu tibi eueniet, quod Phaetonti. qui aurigã dinescius, ardore iuuenili currum patris gubernandũ sibi depoposcit: notam esse tibi fabulam reor. Præclarè Isocrates, duas res maximas in hominum vita dicebat esse, principatum, & sacerdotium: quas tamen nemo non expeteret tanquam dignus, nemo non crederet se rectè posse gubernare tanquam prudentißimus.* PHIL. *Intelligo nihil esse conditioni ac personæ meæ perinde necessarium, vt artem ac peritiam regendi regni.* SO. *Probè rem tenes.* PHI. *quomodo eam assequar?* SO. *Eduxisti tu illam tecum ex matris vtero?* PHIL. *Nihil minus.* SO. *Quomodo igitur scies, nisi discas?* PHIL. *Nullo modo.* SO. *Qua igitur fronte audet Morobulus hic eße tibi auctor, vt ea studia reijcias, quibus & artis huius peritia, & aliarum rerum maximarum ac pulcherrimarũ cognitio paratur?* PHILIPP. *A quibus ergo sunt hæc haurienda?*

SO-

SOPHOBOLVS. Ab ijs, qui ea maximis ingenijs animaduerterunt atq; obseruarunt, quorum alij sunt mortui, alij viui. PHILIPPVS. E mortuis quomodo discendum? poßuntne mortui loqui? SOPHOBVL. Nunquamne fando audiuisti nominari Platonem, Aristotelem, Ciceronem, Senecam, Liuium, Plutarchum? PHILIP. Magna nomina: sæpe & cum ingenti admiratione ac laude. SOPHO. Illi ipsi, & alij permulti eorum similes, iam olim vita functi, confabulabuntur tecum, quoties et quamdiu libuerit. PHILIP. Quomodo? SOPHO. Libris, quos ad docendam posteritatem reliquerũt. PHILIP. Quin dẽtur mihi iam in manus? SOPHO. Dabũtur breui, posteaquam didiceris eum sermonem, quo paßis loquentes illos intelligere. Sustine paulisper atq; hãc breuem molestiã perfer, quæ deuoranda est in accipiendis principijs: illico post incredibiles sequentur delectationes: quas qui nondum degustarunt, mirandum non est à liberato studio adhorrere. Nam qui suut experti, eos citius à vita quam à libris & rebus cognoscendis auelleris. PHILIPP. Cedo verò, qui sunt viui, à quibus sapientia hæc discenda est, & mens bona? SOPHOBVL. Si iter esses quodpiam initurus, à quibus tandem de itinere percunctareris? vtrum ab iis qui iter illud nunquam vidißent, an qui aliquando confecissent? PHILIP. Ab iis scilicet, qui confecißent. SOPHO. Vita hæc nonne est velut iter qnoddam, & profectio perpetua? PHILIPP. Sic videtur. SOPHOB. Qui ergo iter hoc perambularunt? senes an iuuenes? PHIL. Senes. SOPH. Senes igitur auscultãdi. PHIL. Omnes indifferenter?

SOP. *Acutè rogas, non omnes promiſcuè: ſed quemadmodum de via, ſic de vita: vtri norunt viam, qui cã peregerunt nihil animaduertentes, aliud agentes, animo non minus peregrinante quam corpore; an qui annotarunt diligenter & attentè ſingula, & memoriæ mandarunt?* PHIL. *Nimirum hi poſteriores.* SOPH. *Ergo in conſilio de uitæ ratione capiendo nan audiendi iuuenes, qui iter hoc nunquam ſunt ingresſi. quanto minus adoleſcentes, & quod ſtultiſsimum eſt atque indigniſsimum, pueri? neque ad id admittendi ſenes imprudentes, laſciui, dementes, deteriores pueris: quos diuina oracula execrantur, quòd ſint pueri centum annorum. Solis præbendæ aures ſenibus magni iudicij uſus rerum & prudentiæ.* PHI. *Quo ſigno eos dignoſcam?* SOPH. *Nimirum ætate iſta, fili, nullo adhuc: ſed ubi maius & firmius acceſſerit iudicium, facilè id cognoſces ex verbis & factis, tanquam nota certiſſima. Intereà verò, dum ea ingenij facultate non vales, crede te cunctum & cõmitte patri tuo, & ijs quos tibi pater adiunxit inſtitutores, ac magiſtros, infirmæq; iſtius ætatis gubernatores, & quaſi manuductores per eam viam, quàm tu nunquam iniÿſti. Nam patri, cui charior es quam ipſemet tibi, maior eſt de te cura, quam tibi ipſi; atque ad eam rem non ſolum ſuo vſus eſt conſilio, ſed hominum ſapientum.* MOR. *Nimis diu tacui.* SOPH. *Ita planè, præter morem tuum: eamque rem ego iamdudum uehementer demirabar.* MOR. *An non pater tuus Philippe, & rex Galliæ; & alij magni reges ac principes, ſine literis & labore iſto tam moleſto, quem hic teneris tuis humeris inclemen-*

menter imponit, & regna & ditiones suas regunt, & in officio continent? SO. Nulla res tam facilis est, quæ non fiat difficilis, si inuitus facias. Non est opera literis impensa laboriosa ei, qui libens eam subit: qui autem inuitus, ei vero vel lusitare, & in locis deambulare amœnissimus, graue ac intolerandum est. tibi Morobule nugandi auidißimo, & nugis semper assueto, serium aliquid uel agere, vel audire instar est mortis. vicißim alii complures uitam sibi existimarent acerbam, si ad istum modum vitæ suæ rationes instituerent. Quàm multi sunt, in aulis præsertim, quibus nihil est dulcius quam otium torpens atq; inertißimũ? admouere manum alicui operi, tormenti est loco, quam multi vicißim in populis, qui emoriantur citius, quam sic dies omnes vacuos transigere: & celerius delassentur nihil agendo, quam ab intentione animi in negotium aliquod? Sed vt respondeam tibi de Cæsare, & rege Galliæ, audies à me in vniuersum de senib. quos posui eos esse, qui spatium hoc vitæ decurrissent. Si oẽs quotquot viam quampiam peregissent, concorditer narrarent se per uiam in locum incidisse plenum difficultatis & periculi ex quo saucij & peßimè affecti discesserint; quod si eiusmodi iter rursum essent ingreßuri, nec diligentius cauerent, quàm illud discrimẽ: quid tu censes, an non hominis foret amentißimi, quum eadem ipse via insisteret, non recordari tanti periculi, non illud deuitare? PHI. Nondum teneo quid velis. SO. Faciam igitur planius exemplo, finge esse supra flumen istud tabulam angustam pro ponticulo: referant tibi omnes, quotquot equo insidentes tentarint

illam transire, decidisse in aquam adiisse vitæ discrimen, egrè esse extractos semiuiuos, intelligisne hoc? PHI. Bellissimè. SOP. Quid tu iã, an non tibi demens viderere, si faciens illac iter, non ex equo descenderes, & effugeres id periculum, in quod alios venisse audis? PHI. Nimirum ita agerem. SO. Et meritò. Quære tu iam ex senibus, quid maximè senserint incommodum in vita, quid eos prætermisisse doleat, & vehementer pœniteat? omnes tibi uno ore respondebunt, qui aliquid didicerunt. Non plus didicisse; qui vero nihil. Non adhibuiße, operam, vt aliquid scirent. In hanc querimoniam ingressi, non faciunt finem referendi, mißos se fuisse à parentibus aut educatoribus ad scholas & magistros literarum, sed tamen vanis delectatiunculis vel lusionum, uel venationum, vel amorum, aut eiusmodi nugarũ illectos, amisisse pulcherrimas è manibus discẽdi occasiones. itaq. conqueruntur de fato suo & sortẽ suã deplorãt, ac semetipsos accusant, damnant, interdum quoque execrantur. Vides ergo locum hunc desidiæ atque ignorantiæ eße in via hac vitæ maximè infestum, & periculosum, vnumque omnium præcipuè deuitandum? quoniam quidem audis tam miserabiles eorum querelas, qui in illum sunt collapsi: is est igitur omni cura & diligentia cauendus, & segnitie, otio, deliciis, nugis reiectis ac spretis in studia literarum cultumque bonæ mentis, tota animi intentione incumbendum. Tu hac de re patrem tuum roga, tametsi iuuenem adhuc: & tu Morobule tuum, iam senem, intelligetis ex eis veram meam sententiam.

LVDVS CHARTARVM, Seu foliorum.

Valdaura, Tamayus, Lupianus, Castellus, Monricus.

VALD. Quam asperum tempus, quàm rigens & sæuum cœlum, quàm obscœnum solum? TA. Quid nos monet hic cœli ac soli habitus? VAL. Non egredi domo. TA. Quid verò domi agere? VA. Ad luculentum focum studere, meditari, cogitare de rebus, quæ aliquid emolumenti adferant menti & probis morib. CAST. Id quidem agendum præcipuè, nec aliquid esse debet homini antiquius. Sed vbi ab intentione illa delaßatus fuerit animus, quò diuertet hoc duntaxat tempore? VA. Alijs quidem alia sunt animorum refectiones, ego vero lusu foliorũ magnopere oblector ac recreor. TAM. Et hæc temporis qualitas eo inuitat, vt abdamus nos in cubiculum bene clausum, & obseptum vndique à vento, frigore, lucente camino, mensa posita cum chartis. VA. Au, minimè chartas. TAN. Lusorias dico. VALD. Istud placet. TAMA. Tum pecuniæ promatur nonnihil, & calculi ad computandum. VA. Nihil opus erit calculis, si minutili adsint nummi. TA. Ego nullos hẽo, prȩterquam aureos & argenteos crassiores. VA. Commuta aliquos ex argenteis minuta pecunia. heus puer, cape stuferos hos simplos, duplos, sesquiduplos, triplos, & à nummulario cura nobis nũmos minutos, simplos, duplos, triplos, non maiores. TAM. Quàm nitidi sunt hi nummi? VA. Nimirum recentes adhuc, & asperi. TAM. Concedamus in forum aleatorium,

vbi omnia inueniemus parata. CA. Non expedit: nam haberemus arbitros plurimos. Quid refert ludas illic, an via publica? Consultius fuerit vt recipiamus nos in cubiculum tuum, & accersamus ex sodalibus aliquod, maximè animo refocillando idoneos. TA. Tuum conclaue est ad id commodius: nam in meo cubiculo subinde à pedisequis matris interpellaremur, aliquid semper queritantibus in arcis mundi muliebris. VA. in cœnatione igitur. TA. Episto ita, eamus. Puer siste hic nobis Franciscum Lupianum, & Rhodericum Manricum, & Zoilastrum. VALD. Mane, minimè verò Zoilastrum, hominem iracundum, rixosum; clamosum, calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat sæpe atroces tragœdias. CA. Optimè profectò mones. nam si adolescens talis recreationi se nostræ admisceret, non esset id ludere, sed seriò rixari: accerse igitur pro illo Rimosulum. VA. Neque hunc: nisi velis, quæcunque hic fuerimus nugati, ante solis occasum notum esse toti ciuitati. CAS. Tam bonus est præco? VA. Etiam rerum, quas sciri nihil attinet: nam res bona sacratius retinet, quàm mysteria Eleusina. TA. Veniant ergo Lupianus, & Manricus soli. CA. Hi sunt belli sodales. TAMA. Et moncillos, vt adferant secum nummulos: quicquid est autem seueritatis & serij, domi commendent Philopono tetrico, veniant facetus, lepore, gratiis, comitati. LV. Salui sitis sodales festiuissimi. VA. Quid sibi vult contractio isthæc frontis? exporrigite istos vulticulos an non estis iussi, cogitationes omnes literatas apud Musæum deponere? LV. Cogitationes nostræ li-

te-

terariæ ſunt adeò illiteratè, vt eas Muſæ quæ ſunt in Muſæo, reſpuant. M A. *Saluete.* V A. *Salus eſt dubia, quando ad acies & pugnas vocamini, & quidem quibus reges ſint interfuturi.* T A. *Eſte bono animo: crumenæ impetuntur non iugula.* LV. *Crumena pleriſque eſt pro iugulo, & pecunia pro ſanguine ac ſpiritu. velut iſtis Caribus, quorum vitæ contemptus inſtrumentum eſt regibus ad exercendos ſuos furores.* MAND. *Nolo eſſe actor in hac fabula, ſed ſpectator.* TAMA. *Qui ſic?* M A. *Quia ſum infortunatiſſimus, ſemper a ludo diſcedo victus & ſpoliatus.* T A. *Sis quid dicunt prouerbio aleatores? ibi quærendam eſſe togam, vbi amiſeris.* M A. *Verum, ſed periculum eſt, vt dum togam amiſſam quæro, perdam & tunicam, & interulam.* T A. *Accidit quidem hoc non raro, ſed qui non periclitatur, non diteſcit.* M A. *Ea eſt metallicidarum ſententia.* T A. *Imò etiam Iani medij Antuerpienſis:* V A. *Rectè habet, non poſſumus niſi quatuor ludere, ſumus quinque: ſortiemur quis erit aliorum ſpectator.* M A. *Ego ero ſine ſortione.* V A. *Nihil tale, nulli eſt facienda iniuria, non cuiuſquam voluntas id decernet, ſed ſors: cui primus rex obtigerit, ſedebit otioſus ſpectator: & ſi quid inciderit controuerſiæ, index.* LV. *Ecce vobis faſciculos duos foliorum integros, alter eſt Hiſpanienſis, alter Gallicus.* V A. *Hiſpanienſis hic non videtur iuſtus.* LV. *Quid ita?* V A. *Quoniam deſunt decades.* LV. *Non ſolent illi habere, vt Gallici. Chartæ enim Hiſpanæ, quemadmodum & Gallicæ, in quatuor ſunt genera ſeu familias diuiſæ Hiſpanæ habent aureos nũmos,*

Ia. med: locus eſt vbi negotiatores congregẽtur.

carchesia, baculos, enses. Gallicæ chorda, rhombulos, trifolia, vomerculos, seu palas, seu spicula. est in quaquæ familia rex, regina, eques, monas, dyas, trias, quaternio, pentas, senio, heyptas, ogodas, enneas: Gallicæ habent etiam decades: & Hispanis aurei & carchesia potiora sunt pauciora: contra enses & baculi. Gallis autem plura sunt semper meliora. CA. Quo lusu ludemus? VA. Triumpho Hispanico, & distributor retinebit sibi indicem chartam, si sit monas, aut imago humana. MA. Sciamus iam, quis erit ludo exclusus. TR. Probè mones, cedo folia, hoc est tuum, hoc istius, hoc Lupiani. tu es iudex. VA. Malim te mihi iudicem, quàm collusorem. LV. Bona verba. cur isthuc quæso? VA. Quia es in ludendo admodum vafer, & cauillator: tum aiunt te artem tenere componendi folia, ut tibi expediant. LVPIA. Non habet fraudem mea lusio, sed imperitiæ tua industria mea videtur impostura, quod ferè ignaris contingit. Ceterum qui tibi placet Castellus? qui simulac lucratus est pauxillũ pecuniæ, deserit collusores. TAM. Eludere est hoc quidem potius, quam ludere. VA. Leuius hoc malum. nã si vincatur, affixus erit ludo, clauo plusquam trabali. TA. Sed lusuri sumus bini, duo contra duos, quomodo erimus comparati? VA. Ego ludi huius insciens, adhærebo tibi Castelle, quem audio esse callentissimum. TA. Adde etiam callidissimum. CAS. Non est hic opus delectionibus. sorti sunt committenda omnia, quibus obuenerint plura puncta, aduersus eos pugnabunt, quibus pauciora. VA. Esto ita, assigna folia. MAN. Vt optaueram, ego & Castellus ab eadem stamus

Clauo trab. Horat. liber. 1. ode.

par-

parte, contrarias tuentur partes *Valdaura* & *Tamayus*. VA. Sedeamus, vti ſolemus, * decuſſatè. da mihi illam ſellam reclinatoriam, vt quietius perdam. TAM. Appone ſcabella, aſſideamus, iam ſortire cuius ſint primæ partes. VA. Meæ ſunt, diſtribue tu Caſtelle. CAS. Quomodo? à ſiniſtra in dexteram, more Belgico? an contra Hiſpano more, à dextera, in ſiniſtram? VA. Hoc more, quoniam ludo Hiſpanorum vtimur. & reieciſtin' decades? CAST. Etiam: quot folia dabo ſingulis? VA. Nouena. Sed quæ nam erit ſponſio? MAN. Terni in ſingulas manus denarij cum geminatione ſponſionis. CAST. Senſim mi Manrice, nimium properas. non eſſet is luſus, ſed furor, vbi tantum pecuniæ ueniret in periculum. quomodo poſſes te oblectari in anxietate illa? ne tot nummi tibi pereant: denarij ſinguli ſufficient, & auctus ſponſionis erit dimidij, nempe aſſium quinque. VA. Rectè conſulis, ita nec nihil ludemus, quod eſt inſipidum: nec quod doleat, quod eſt acerbum. CAST. Habetis ſinguli nouena folia? cordium eſt familia dominatrix, & hæc regina eſt mea. VA. Neſcio quam felix eſt omen hoc, certè eſt veriſſimum dominari vulgo corda fœminarum. CAST. Deſine ſpeculationes: reſponde ad hoc, augeo ſponſionem. VALD. Ludum habeo diſſipatum, & malè cohærentem cedo tibi. TAM. Et ego item. diſtribue tu Manrice. VA. Quid agis? non vertis chartam indicem? MANRIC. Volo prius meas computare, num plures aut pauciores acceperim. VA. Vnam habes plus iuſto. MAN. Deponam. VAL. Non eſt ea lex luſus, ſed vt vicem tuam amittas diſtribuendi.

& transeat ad sequentem, cedo folia. MA. Non faciam, quandoquidem nōdum protuli indicem. VA. Imò facies per Deum. CA. Apage, quid tibi venit in mentem mi Valdaura? Iusiurandum admisces rebu leuissimis, quod vix grauissimis rebus adhiberi conuenit. MANRICVS. Quid tu dicis iudex? LV. Profectò ignoro, quid sit in eo facto statuendum. NA. Qualem iudicem nobis præfecimus sine iudicio? ducem sine oculis? VA. Quid ergo fiet? MA. Quid tandem? nisi vt mittamus Lutetiam, qui hac de re adferat nobis aliquod senatusconsultum. CA. Misce omnia, & rursum impartire. TA. O qualem ludum mitto de manibus? non obueniet mihi hodie similis. CA. Misce probè isthæc folia, & præbeto singulis attentius. VA. Rursum augeo sponsionem. TA. Num non prædixi, non habiturum me hodie in manibus ludum illi parem? semper sum infortunatissimus. cur ego ludum vel aspicio oculis? CA. Hoc verò non est ludere, sed se afflictare, hoc est refici, & recreari animū? ita concitari: ludum oportet esse ludum, nō molestiam. MA. Sustine paulisper, ne abiicias folia nam est panicum. VA. Responde igitur, an recipias. MAR. Recipio, & rursum augeo. VA. Quid tu speras me ferocibus tuis verbis protelare? non concedo. MA. Effare tādem semel, & expeditè, admittisne? VA. Etiam, & quidem libentissimè, & animus instigat me tali ludo maiore pretio certare, sed istud inter amicos sufficit. TA. Quid verò me non computatis inter viuos? Adeò nulla est mei mentio? CAS. Quid igitur tu ad hæc, hō sine fœnere. TAM. Ego verò augeo mea ex parte depositum.

tum. MA. Quid tu dicis castelle? CAST. Nunc me consulis, posteaquam tua opera depositum creuit in immensum: ego incrementum hoc non auderem hoc meo ludo sustinere. VA. Responde affirmatiuè. CASTE. Non habeo quod sic respondeam, sed valde ambiguè, & dubitanter: & cunctabundè, & timidè, & diffidenter: estne sic satis expressè dictum. MA. Deum immortalem quanta copia? non tam densa nuper cadebat grando. Sed quæso te, periclitemur paulisper. CA. Experiamur quando ita tibi placet, a me verò ne speraris magnam opem. MAN. Feres tamen quas poteris suppetias. CA. Nihil necesse id habes admonere. MA. Planè victi sumus. TA. Vicimus denarios quatuor. misce. VA. Addo asses quinque. CA. Nescio an cedam. nam scio me certò victum iri. TA. Rursum alteros quinque. CA. Quid tu ad hanc prouocationem dicis? MA. Quid dicam fugio. CA. Tu perdisti proximum ludum, sine me hunc arbitratu meo perdere. Sentio me esse inferiorem: sed sustinendum est, quamdiu aliquid videro superesse viriū. VA. Quid ergo dicis? recusas? CA. Non, imò addico. TA. Tu Valdaura non nosti hunc Castellum: superiorem habet ludum tuo. sed ita solet callidus prouocatores illectare in suum rete. Vide ne quo progrediaris temere, vbi tenearis irretitus. VALD. Diuum fidem, quomodo potuisti diuinare folium mihi postremum restare huius nationis? CAST. Noui omnia folia. VA. Non omnino est istbuc incredibile. CAST. Ita planè noui à facie. VA. Forsitan etiam à tergo. CA. Nimium suspitiosus es. VA. Tu me facis, eas

hoc cum tua bona venia. TAM. Dispiciamus, nū quæ sint chartæ auersæ maculatæ, vnde possint noscitari. VA. Faciamus, quæso vos, ludēdi finem: angit me hic ludus tā infeliciter cedendo. CA. Vbi voles. sed fortasse nō in ludo est vitium, sed in tua imperitia, qui nescis ludum sciēter ad victoriā accōmodare, sed iacis folia, absq; arte, vt sors tulerit, ratus nihil intereße, qd prius quid posterius mittas, quid quo loco sit iacturus. TA. Oīum rerū est satietas, ēt voluptatum, & ego defessus sum iam sedendo; assurgamus aliquantisper. LV. Cape testudinem hanc, & aliquid nobis cantilla. TA. Quid tādem? LV. De ludo quippiā; TA. Carmen Virgilij? LV. Isthuc ipsum; aut, si mauis, Viuis nostri, qđ ille nuper canebat deambulans in pomærio Brugensi. VA. Anserina voce. LV. Cane tu olorina. TA. Deus meliora, nam olor non canit, nisi fato iam vrgente.

Satietas Socratis sētētia ad Dæmonicum.

Ludunt & pueri, ludunt iuuenesque senesque
Ingenium, grauitas, cani prudentia ludus.
Denique mortalis, sola virtute remota,
Quid nisi nugatrix, & vana est fabula, vita?

VAL. Possum uobis confirmare, eße carmen bene expressum, tanquam ex spongia arida. LV. Tanta cum difficultate componit carmē? VA. Magna: siue quòd varò, siue quòd non libenter, siue quòd aliò fert eum ingenij pronitas.

LEGES LVDI.

Varius Dialogus, de Vrbe Valentia.

Borgia, Scintilla, Cabanillius.

BORG. *Vnde tu iam nobis Scintilla iucundissime? SCIN. Lutetia. BOR. Qua tandem Lutetia. SCI.*

Qua tandem quæris: quasi sint multæ. BORG. Etiam si sit vnica, ea quænam sit ignoro, aut vbi sita. SCI. Lutetia Parhisiorũ. BOR. Parhisios nominari audieram, & quidem sæpe, Lutetiam nunquam. est ergo Lutetia quos nos Parhisios dicimus. Ea igitur est causa, cur tu tam diu nullus es visus Valentiæ & potissimum in Sphæristerio nobilitatis. SCIN. Alia ego uidi Sphæristeria Lutetiæ, alia gymnasia, alios ludos, longè istis vestris vtiliores ac præstantiores. BOR. Ecquos queso? SCIN. Triginta gymnasia plus minus in Academia illa omni eruditionis, scientiæ & sapientiæ genere referta: doctos præceptores, iuuentem studiosißimam & optimè moratam. BO. Vulgus scilicet hominum. SCIN. Quid tandem vocas vulgus? BO. Fæcem plebis, filios sutorum, textorum, tonsorum, fullonum, & eiusmodi artificium atque operariorum. SCIN. Vos hic, vt video, ex vestra hac ciuitate metimini orbem vniuersum, & eosdem tota Europa existimatis esse mores, quos hic: dico iuuentutem illic esse frequentißimam principum, procerum, nobilium, & hominum locupletißimorum, non ex Gallia modò, sed ex Germania, Italia, Britannia, Hispania, Belgica, admirabiliter addictam studijs literarum, parentem institutorum præceptis, & iußis: quorum mores non simplici tãtum admonitu formentur, sed acri reprehensione, quum est opus etiam castigatione, plagis, verberibus. quæ omnia, & accipiuntur, & perferuntur animis moderatißimis, & vultu modestißimo. CABANILLVS. Audiui sæpenumero eiusmodi narrari mihi, quum agerem in Gallia legatus Ferdinandi Regis. Sed

emit-

omitte quæso nunc ista, aut differ aliud in tempus: vides nos esse in ludo Miraculi, cui est proximum Carrossorum hoc age, de pila sit iam sermo, oblectandi nostri gratia. SCI. Amabo ne assideamus, sed deambulãtes colloquamur, quæ fuerit collibitum, quà ibimus? hac ne per Diui Stephani, an illac ad portam regalem, & visemus in regia Ferdinandum ducem Calabriæ? CAB. Ne fortè optimi principis interpellamus studia sapientia. BOR. Præstabit mulas accersere, vt vehẽtes loquamur. CAB. Ne amittamus quæso usum pedum & crurum, tempus est sudum ac serenum, & aura frigidiuscula, satius erit pedestres quam equestres incedere. BOR. Eamus, hac igitur per diui Ioannis Hospitalis, ad uicum marinum. Cab. Spectabimus obiter decoras formas. BOR. Apage pedestres; erit dedecori. SCI. Maiori est mea sententia dedecori, uiros pendere de iudicio puellarum rudium, atque ineptarum. CAB. Visne recta eamus per plateam Ficus, & Diuæ Teclæ? SCI. Non, sed per uicum Tabernæ gallinacei, nam in eo uico cupio uidere ædes, in quibus natus est Viues meus, sunt enim, ut accepi, descendentibus ad sinistrã postremæ in uico, & inuisam eadem opera sorores eius. BORG. Omitte nunc quæso muliebres usitationes, si mulierem uis alloqui, eamus potius ad Angelam Zabatam, cum qua erunt confabulationes litteratæ. CAB. Vtinam si id cupitis, adesset Marchiona Zaneti. SCIN. Si uera sunt, quæ de illa, quum essem in Gallia, audiui maius est id argumentum, quam ut de illo tractari leuiter, & ab aliud agentibus uel possit, uel debeat. BOR. Ascendamus ad diui Martini, aut

ni, aut descendamus per vicum Valesij, ad plateam villæ Rasæ? CAB. Hac, inde ad sphæristerium Barzij, seu mauis Masconorum. BO. In Gallia habetisne ad hunc modum ludos in publico? SCIN. De alijs Galliæ vrbibus nō possem tibi respondere, Lutetiæ scio nullum esse: sed in priuato multa, velut in suburbijs Diui Iacobi, Diui Marcelli, Diui Germani. CA. Et in ipsa ciuitate famosissimum, quod vocant Bracchæ. BO. Luditur eadem illic ratione, qua hic? SCIN. Eadem prorsus, nisi quòd magister ludi præbet illic calceos, & pileos lusorios. BO. Cuiusmodi sunt? SCINT. Calcei sunt coactilitij. BO. Non eßent hic vtiles. CAB. Videlicet in via Lapidosa. in Francia verò & Belgica luditur super pauimentum lateribus constratum planum & æquabile. SCIN. Pilei sunt æstate leuiores, in hyeme autem craßi, profundi cum offendice sub mento, ne in agitatione vel elabantur ex capite, vel decidant in oculos. BO. Offendimento hic non vtimur, nisi quum est ventus vehementior, sed quales habent pilas? SCIN. Nullos ferè folles, vt hic: sed sphærulas minores vestratibus, & multo duriores ex corio albo. tomentum est, non vt in vestris, lanugo è pannis tonsa, sed pili ferè canini: eamq. ob causam rarò laditur palma. BOR. Quomodo erho percutiunt pilam? pugna, vt folles? SCIN. Ne sic quidem, sed reticulo. BOR. confecto ex filo? SCIN. Ex fidibus craßiusculis, quales ferè sunt sextæ in testudine. habent funem tensum & reliqua, vt hic in ludis domesticis. sub funem misisse globulum, vitium est, seu peccatum. signa sunt bina, seu, mauis metas. numeri quaterni,

Folles nos dicimus palla a uento, uel pallone.

Sextæ q̃ſ sextū occupant, quas nos dicimus libaſſi.

quin-

quindecim, triginta, quadraginta quinq. seu antegressio, æqualitas numerorum victoria, quæ est duplex vt quum dicitur, vicimus signum, & vicimus ludum. Pila autem vel ex volatu remittitur, vel ex primo resultu: ex secundo enim ictus est inualidus, & ibi fit signum, vbi pila est percussa. BOR. Nō sunt aliæ lusiones quàm sphæræ? SCINT. In ciuitate, quot hic, aut plures: sed inter scholasticos nulla alia permissu magistrorum exercetur, sed interdum clam luditur folijs & aciebus, pueruli talis, nequiores taxillis. Nos institutorem habebamus Anneum. qui obscœno die lusum foliorum concedebat: sed de illo, & in vniuersum de lusione omni tulerat sex leges, quas descriptas in tabella appenderat in cubiculo. BOR. Ne graueris rogo te & eas nobis referre, quemadmodum alia fecisti. SCIN. Pergamus deambulare. Nam incredibili teneor desiderio patriæ aspiciendæ, tam diu a me non visæ. Conscendamus mulas, vt ambulemus commodius, tum etiam honestius. SCIN. Honestatem hanc non emerim crepitu digitorum. BOR. Ac ne ego quidem (vt verum fatear) manum ob eam mouerim; sed nescio quo pacto magis id videtur decere nostras personas. CAB. Isthuc quidem rectè: sed sumus tres, & in angustis vijs, aut hominum frequentia desiungeremur; vnde necesse esset vel interrumpi sermonem, vel multa semper a nostrum aliquo non exaudiri, neque intelligi. BOR. Esto sanè ita, pergamus pedestres: ingredere per angiportum hunc ad plateam Pegnarogiorum. SCIN. Optimè, inde per fabros clauiles ad vicum dulciarium, tum ad forum fructuarium. BOR.

[…]phæra ut […]os pal[…]a.

Quin

Quin potius olitorium? SCIN. Vtrumq. eſt, qui libentius oleribus veſcuntur vocent olitorium, qui fructibus, fructuarium. Quæ amplitudo fori? quæ deſcriptio vendentium: & rerum venum expoſitarum? qui odor ex fructibus? quanta varietas, mundities, nitor? non poſſunt horti excogitari huic foro pares. quæ autē ædilis noſtri, & eius miniſtrorum ſolertia & diligentia, ne quis emptor fraude à venditore capiatur. Eſtne ille, qui mula vehitur, Honoratus Ioannius? CA. Non vt arbitror: nam vnus ex meis pueris, qui eum modò conuenit, reliquit illum abdentem ſe in bibliotecam ſuam, qui ſi ſciret nos vnà eſſe, non deeſset haud dubiè noſtro ſermoni, & noſtris ludis ſeria ſua poſthaberet. BOR. Profert tandem leges. SCINT. Extricemus nos ab hac turba per plateam Diuæ Virginis redemptoriæ, ad vicum funalis, & Diui Auguſtini, vbi minor eſt frequentia. CAB. Ne diſcedamus tam procul ab vrbis corpore, aſcendamus potius per vicum Crumenarium ad cliuum, inde ed vicum militarem, & ædes familiæ veſtræ Scintilla, cuius parietes lugere adhuc videntur mihi herorem illum comitem Oliuarum BORG. Imò luctu depoſito, talem iuuenem in tanti ſenis locum ſucceſſiſſe ſeriò triumphant. SCIN. O quam iuuat intueri curiam, & quadruples forum præfecti vrbis. quod iam ferè familiæ veſtræ Cabanilliæ hæreditarium videtur, ciuile, criminale, & tercentum ſolidorum? quæ ædificia? quæ facies vrbis? BOR. Nuſquam potes rectius leges ferre, quàm in foro & curia, quæ tandem. Nam de laudibus, ſeu de admiratione potius noſtræ ciuitatis, alias erit

dicendi locus aptior. SCIN. Prima lex, quando ludendum. Homo propter res serias est conditus, non propter nugas, & lusus, Lusus autem reperti, ad reficiendum animum lassum à serijs. tunc igitur ludendum quum animus, aut corpus erit defatigatum: nec aliter sumendum, quàm somnus, cibus, potus, & alia, quę vires renouant ac reficiunt. alioqui in vitio est quemadmodum alia quæ non suo fiunt tempore. Secunda lex, cum quibus ludendum. Quemadmodum facturus iter aut iturus ad conuiuium, diligenter despicis, qui sint futuri sodales, aut comites: sic in ludo animaduertendum, cum quib. ludes, vt sint homines tibi noti. nam in ignotis magnum est periculum, & verum prouerbium Plauti; Lupus est homini homo, qui qualis sit non nouit. sint etiam belli, festiui, comes, cum quibus periculum non sit, ne rixeris, aut pugnes, aut aliquid vel facias, vel dicas turpiter atque indecorè, ne sint blasphemi in Deum, aut deieratores: non in dictis spurci, ne quid ex contagione affricetur tuis moribus prauum, aut flagitiosum denique sint ij, qui non aliam ad ludum mentē adferant, quā tu, nempe vt à labore conquiescat & leuetur animus. Tertia lex, quo ludo. Primum noto: nam in ignoratione non potest subesse delectatio, nec ludentis nec collusorum, nec spectatorum. deinde quod simul animum reficiat, & corpus exerceat, si quidem tempus ac valetudo patitur. Sin secus, ludus sit in quo non omnia posit mera sors: insit etiā peritia, quæ posit casum corrigere. Quarta lex, qua sponsione. Nec nulla sponsione, quod est fatuum, & celerimè exsatiat: nec ita magna, quæ in ipsa lusione in

[margin: In Ast. ac. ..., sc. 4.]

quie-

quietet animum & si vincaris mordeat, ac discruciet non est is lusus, sed carnificina. Quinta lex quemadmodum. Vt ante quam ad ludendum assideas, reputes te ad refocillandum animum venire, in cuius aleam coniicias pauculos nummos, hoc est, emas illis refectionem defatigationis. cogita esse sortem, hoc est, variam, incertam, instabilem, communem: nullam idcirco tibi fieri iniuriam, si perdas: vt id feras æquo animo, ne contrahas vultum, & suffundas eum tristitia: ne prorumpas in conuitia, & maledicta, vt aduersus collusorem, aut quempiam exspectatoribus, si lucrifacias, ne sis in collusorem insolenter dicax. prorsum toto ludo sis comis, hilaris, facetus, iocosus, citra scurrilitatem, & petulantiam: ne des significationem vllam fraudis, sordium, aut auaritiæ, in contentione ne sis pertinax, minimè omnium iurator, memor rem illam totam (etiam si meliorem causam habeas) non esse tanti, ut nomen Domini adferas in testimonium. Spectatores memineris esse velut iudices ludi. si quid illi pronunciarint cedito, nullam edens notam improbationis. hoc modo & lusus fit delectatio, & probi adolescentis grata est educatio ingenua. Sexta lex quamdiu ludendum. Quo ad sentias animum renouatum iam, & reparatum ad laborem, et vocat hora ad negotium serium. Qui secus faxit, improbè factum videri, velitis. Quirites, iubeatis. RO. G A. Sicuti rogauit.

Velit, Quir. Solennia in ferẽdis legibus verba Roma.

CORPVS HOMINIS EXTERIVS.

Durerius pictor, Grynæus, Velius.

D*VR. Facessite hinc, nam vos nihil emetis, sat scio: estis mihi impedimento, quominus accedat*

empto-

emptores propius. GRYN. *Imò verò nos volumus emere, modo vel pretium relinquas nostro arbitratui, & tempus ipsæ præscribas aut contra nos tempus, tu pretium*. DVR. *Bella negotiatio, mihi nihil est opus tricis eiusmodi*. GRYN. *Cuius est hæc imago, & quanti iudicas?* DVRE. *Imago est Scipionis Africani, & iudico Sestertijs nummis quandringentis, aut non mul to minoris*. GRYN. *Quæso te, priusquam verbo vno eam addicas nobis, examinemus artem picturæ: & hic Velius est sesquiphysicus, peritißimus humani cor poris*. DVRE. *Iamdudum intelligo me à vobis intricari, sed interea dum mercatores nulli adsunt, nugamini quantum libuerit*. GRYN. *Nugas tu vocas peritiam artis tuæ? quid faceres alienæ?* VELIVS. *Primum om nium verticem contexisti capillis multis & planis, quum vertex dicatur quasi vortex, à vertendis capillis: vt in fluuiis videmus, quum aqua se conuoluit*. DV. *Inepte non consideras eum eße malè pexum, more illorum temporum?* VE. *Brechma habet inæqualiter deflexum*. DVR. *Acceperat vulnus miles ad Trebiam, quum seruauit patrem*. GRYN. *Vbi tu id legisti?* DV. *In decadibus Titi Liuij amißis*, VE. *Tpa sunt nimis tumentia*. DV. *Caua essent signum dementiæ*. VE. *Occipitium vellem videre*. DV. *Verte tabulam*. GRY. *Cur dixit Cato inter cetera oracula. Frons occipitio prior est?* DVR. *Quàm estis fatui: an non in quouis homine prius cernis frontem quàm occiput?* GR. *Quosdam prius video auersos quàm aduersos*. DVR. *Et ego libenter, vt tales emptores & milites*. VE. *Cato sensit, præsentiam domini potiorem esse ad cura-*

Plut. in Anibal. & in Sci.

De Re Rust c. 4.

tionem rerum, quàm absentiam. cæterum cur antias adeò longas: DVR. Loqueris de his caproneis? VEL. Etiam. DVR. Non habuerat multis mensibus tonsorem ad manum, velut in Hispania. VEL. Glabellam hanc cur contra ipsius verbi etymon fecisti hirtam? DVR. Tu ipse vulsellis pilos detrahito. VEL. Et vibrißas extantes extra nares, sed tu, quæ tua est versutia, culpam abs te reiicies in tonsorem. DVR. Inscienon animaduertis eos fuiße ætatis illius mores, seueros, tristes, rusticanos; VEL. Imperite, non legisti Scipionem hunc ex omnibus sui temporis hominibus excultissimum & politissimum fuisse, & amantem elegantiarum? DVR. Expressus est, quum exularet Linterni. GR. Supercilium hoc est grande & conueniens Latio: cilium habet nimis canum, & genas depressas. DVR. Ex vigiliis castrensibus. GR. Tu non solum es pictor, sed rhetor, valdè versatus in translatione criminum. DVR. Et vos, quantum intelligo, in criminationibus. VEL. Malas, habet nimium tumentes, & buccas istas. DVR. Inflat classicum. GR. Et tu inflabas calicem, cum hæc pingeres. VE. Imò verò vtrem, sed alibi fecisti pilosum, palpebras ferè nullas appinxisti. DVR. Ex morbo illi deciderunt. GR. Quo morbo? DVR. Quære ab illius medico. GRY. Iamne intelligis, ob tuam tantam imperitiam detrahi debere de summa centum sestertios? DV. Imò ob vestras cauillationes & interrogationes adeò molestas, addi ducentos oportet. VE. Pupulas habet hic glaucas, atqui ego audiui cæruleas habuiße. DVR. Et ego cæsias; vt Mineruam bellatricem. VE. Irquos fecisti nimium carnosos,

sos, & sinus humentes. DVR. Flebat, accusatus a Catone. VEL. Mandibulæ sunt nimis longæ, & barba densissima ac profusissima: tum pilos dicas senas porcinas. DV. Vos sine modo villo estis loquaces, & argutuli cauillatores. Abite hinc: nam tabulæ non fiet vobis amplius copia. VEL. Amabo mi Dureri, dum alios non habes licitatores, sine nos hic cauillari. DV. Qua mercede? VEL. Adscribemus ambo hic tibi singula disticha, quo tabula fiat vendibilior. DVR. Nihil opus est meæ arti vestra commendatione. nam periti emptores, & picturæ intelligentes, non emunt versus, sed artificium. VEL. Sed nares habet nimium patulas. DVR. Erat iratus accusatoribus. VEL. Non videmus valleculam. DVR. Latet sub barba: ac ne mentum quidem cernitis, neq; anthereonem. GRYN. Horum oīum fecisti tu compendium, beneficio grandis barbæ? VEL. Collum placet mihi rectum, & musculosum, item iuguli. DV. Gratulandum est superis, ꝙ tibi aliquid probatur. VEL. At ne nihil in hoc quoq. desiderem, iugulos non habet satis cauos: quod in Socrate Physiognomen annotauit tardiq. esse ingenij signum pronūciauit. Armos istos voluissem paulo erectiores, & ampliores. DV. Non tā erat miles bellator quā imperator. Non audiuisti apophethegma huius? de quo quum milites quidam dicerent, non adcò eum eße valentem militem, ac imperatorem sapientem: is respondit Imperatorem, me genuit mater mea, non militem. sed discedite, si non estis empturi, nam video accedentes quosdam negotiatores publicanos. VEL. Eamus deambulatum & inter nos de humano colloquemur

Anthereo buccula sub mento.

Apophthegma ut nos il motto.

cor-

corpore sine Scipione ac tabula. Simus nasus non decet generosam faciem. GR. Quid bosimus, quales fuerunt Hunni? VE. A pąge monstra. GR. Silones nō sunt minus deformes. Persæ aquilinos venerabātur, pp Cyrum, quem ferunt ea fuisse forma. VEL. Ancon & cāpe sunt in brachio, quod in crure poples & genu, lacertus inde vsque ad manum, à cuius musculis etiam crura dicuntur lacertosa. GRYN. Nonne is est cubitus, vt apud mensores? VEL. Est is quidem cubitus, & ancon ipse cubitus. GRINAEVS, Vnde ergo Rex Romanus Ancus? VEL. Ab incuruo cubito. GRYN. Manus sequitur, maximum omnium instrumentorum, secta digito, pollicem, indicem, medium siue infamem, minimo proximum, minimum. VEL. Cur medius infamis? quid designauit flagitij? GR. Institutor noster dixit se quidem scire causam, nollet tamen edisserere, quod esset turpis. Ne quæsieris igitur non enim decet bonæ indolis adolescentes turpia scrutari. VEL. Atqui minimo proximum δακτύλιον Græci appellant, quasi annullarem. GRYNAEVS. Ita planè: sed in sinistra, non in dextera, quòd in eo soliti essent olim annulos gestare. VE. Qua de causa? GRYN. Aiunt a corde protendi illuc venam, quæ quum annulo redimitur, velut cor ipsum coronatur. Nodi digitorum sunt condyli, & pro pugni percussu vox ea vsurpatur: inter nodos sunt internodia, & generalibus verbis artus, atque articuli. Tyberium Cæsarm memoriæ produnt tam firmis fuiße digitorum articulis, vt digito recens malum terebraret. VE. Didicisti chiromantiam? GRINAE. Nomen quidem ipsum audieram: quid ita?

VE.

VE. Diuinaßes hic nobis aliquid ex incisuris. GR. Negaui me scire: & res sic habet, sed si nunc me nosse aliquid profiterer, & attentius manum tuam contemplarer, libenter me auscultares, & homini eiusce imposturæ imperitissimo fidem non omninò abrogares. VE. Qui sic? GR. Quia id est hominum ingenium, vt libenter eos audiant, qui se recondita vel euentura profitentur enunciatruos. VE. Vnde sunt Scæuola? GR. Quasi scæuæ: e scæa quæ est sinistra. Aiunt in sexu fœmineo esse scæuas plures, q̃ in nostro. VE. Quæ est vola? GR. Cauum manus, vbi incisuræ. VE. Quid inuolare? GR. Id quod tu agis: libenter furari, surripere, quasi vola abscondere, & quod rabiosa Lucretia, inuolare in oculos pedißequarum. Reliquum corpus dempto capite est truncus, & ex trunco thorax, contauum pectoris vsque ad ventriculum & costas: concauum quidem interius, nam exterius inter brachia & pectus, sinus est. Sub ventriculo est venter, & in ventre imo, pecten, & pudenda. VE. An non pudendus magis podex, siue anus? GRY. Vtrumque pudendum: posterius ob turpitudinem, anterius ob flagitium et dedecus. Femur, & vt olim loquebantur, femen nunc malunt pluratiuè femina. à genu est crus, cuius os tibia dicitur: carnosum verò illud posterius, sura, postremò pes, manui nō absimilis nam & digitos habet, & volam, quæ vestigium dicitur, & solum pedis. VE. Quid, num non vestigium quod à pede imprimitur? GR. Et illud ipsum: & solum pedis. VE. Nostin' quæ sint in corpore virtutum sedes? GR. Quæ tandem. VE. In fronte pudor, in dextra fides, in genu misericordia. GRYM.

Plan-

Planta pedis non est ipsum solum pedis? VE. At sic putant multi. GR. Atqui Plinius scribit esse gentem, quæ sibi vmbram faciat in meridie planta pedis, quam habent vastam admodum atque enormem. qui fieri id potest? VE. Profecto planta est, à cruris vertebra ad digitos.

EDVCATIO.

* *Flexibulus, Grymphærantes, Gorgopas.* Varro flexibula.

FLEX. *Quanam gratia misit te huc ad me pater tuus? GR. Dixit te esse hominem egregiè institutum, sapienter educatum, eaq; de causa gratum huic ciuitati: cupere se, vt ego eisdem, quibus tu vestigijs insidēs perueniam ad similem fauorem populi. FL. Quō igitur te id assecuraturum censes? GR. Ingenua educatione, quali te omnes prædicant esse præditum. Adiecit pater, eam educationem magis decere me, quàm alium quemuis. FL. Cedo mi fili quomodo ea in re venis à patre imbutus? GR. Non tam me pater pręceptis instruxit, quàm patruus quidem meus, vir senex, versatus multum et diu in regum comitatibus. FLE. Quid ergo illi te docuerunt mi fili & amice. GOR. Vide uir prudentissime, ne fortasse per ignorantiam labaris in dictum aliquod, aut factum stultum vel rusticanum, vnde amittas istud nomen optimè educati. FL. Quid? tam leuiterne apud vos perit? GOR. Vel vnica vocula, uno flexu poplitis; vnica inclinatione capitis. FL. Nimis est inter vos delicatum et infirmum, inter nos enim multò est robustius & firmius. GORGO. Sic sunt nostra iudicia, vt nostra corpora, quæ nullam ferunt offensionem. FLEXIBVLVS. Imò, vt est*

vi-

videre, facilius ferunt corpora quàm animi. GOR. Fortaſſe tu non noſti hunc. ideò filium & amicum nominas. FL. An non ſunt hæc honeſta nomina, & plena beneuolentiæ? GOR. Beneuolentiæ credo, quam nos haud magni ſanè facimus: ſed non reuerentiæ, neque officii, quæ nos anxiè venamur. nam hic dominus ſolet appellitari, non amicus. An non animaduertis domini præfationem ante prænomen, & famulos verſicolores? non annotaſti in aui huius ſolennibus parentalibus tot cereos, tot inſignia, tot homines atratos? FL. Quid ergo? affectas tu omnibus eſſe dominus, nulli amicus? GR. Ita docuerunt me propinqui mei. FL. Edat iam, mi domine, tua excellentia præclara illa tuorum conſanguineorum documenta. GOR. Videris tu mihi puerum hunc naſo ſuſpendere, at non eſt quilibet, ne feceris. GRY. Primum eſſe me ex honeſtiſſima progenie, quæ nulli cedat per vniuerſam hanc prouinciam: idcirco curandum mihi diligenter, atq; admittendum, ne degenerem à maiorum meorum virtute: illos paraſſe ſibi magnum decus, nemini concedendo de loco, de dignitate, de autoritate, de appellatione: me idẽ dẽre facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum ſtatim cum eo: de pecunia oportere eſſe largum atq; adeò profuſum, in honore aſtrictum & attentum: decere nihilominus me ac mei ſimiles aſſurgere aliis, via cedere, ducere, reducere, nudare caput, poplitem incuruare: non quod alius quiſpiam id mereatur à me, ſibi exhiberi, ſed quòd ſic conciliabo mihi fauorem hominum: captabo auram popularem, & parabo illum, quem tantopere geſtamus ſemper in

ore & in corde, honorem. in ea educatione situm esse discrimen nobilis & ignobilis, quòd nobilis ad illa omnia dexterè præstanda institutus est atque assuefactus ignobilis agresti more nihil eorum doctus est facere. FLEX. Et excellentiæ tuæ, domine, qualis videtur eiusdem institutio? GRY. Qualis verò; nisi multò optima, & digna meo genere. FLE. Quid ergo est aliud, quod à me requirat? GR. Nihil planè, restaret mea sententia, nisi accessisset voluntas patris, qui iussit prorsum, seu verius impetrauit rigidè, vt ad te venirem · vt si quid in hac educatione nosses magis reconditum, & quasi mysterium sacratius, quo maius mihi decus acquirerem, in gratiam sui ne grauareris exponere, quo familia nostra alioqui honestissima & celsißima altius ascenderet: quoniam sunt non pauci noui homines, qui freti sua oppulentia, nactique dignitatem & honores per diuitias emerserunt, adeò vt etiam audeant cum vetustate & decoribus gentis nostræ contendere. FLE. Facinus nefandum. GR. Nonne? FL. Vel cæco esset clarum. GR. Itaque noui illì homines ambulant comitati longo assectarum ordine, ipsi segmentati in vestibus, vel bombycini, villosi, intercisi, vel texti. At Itali, vt nos nihil esse pillis videamur, quillato vestimur, dißimulandæ paupertatis gratia. Præmium aũt huius tui laboris, si operam hanc nauaris patri, erit recipi te in numerum nostræ familiæ, & admitti ad illius gratiam & meam, ut procedente tempore aliquod à nobis accipias beneficium, sisque semper in nostra clientela, & quasi tutela. FLE. Quid potest dici amplius, aut optabilius? Sed cedo iam, si aperias caput,

Villato, quodvulgo frifcetum vocant.

ac

ac cedat via & loco, appelles blandæ, quam ob causam æris gratus ijs, quibus cum conuersabere. GRYNPHAERANTES. *Ob eam ipsam causam, quia hæc ago.* FLEXIBVLVS. *Isthæc omnia exteriora sunt solum signa, quæ denotant aliquid esse in animo tuo, propter quod diligare, nam ipsa per se nemo diligit.* GR. *Quid ni diligant omnes quæ sunt honestæ conuersationis, in mea præsertim nobilitate?* FLEXIBVLVS. *Parum admodum es progressus, quod liceat inter nos dicere: & tu peruenisse iam arbitraris ad summum.* GRYMPHAERANTES. *Nihil necesse habeo parare mihi litteras, atq; eruditionem; maiores mei reliquerunt mihi, vnde viuam: quod etiam si desit, nō istis est mihi artib. quærendum, tam ignobilia, sed hastæ cuspide, & ense districto.* FL. *Animosè isthuc quidem & ferociter. quasi verò quia es nobilis, non sis futurus homo.* GR. *Bona verba.* FL. *Ecqua tandem parte tui es homo?* GR. *Me toto.* FL. *An corpore, quo non differs à belluis?* GR. *Minimè.* FL. *Non ergo te toto. ratione igitur, & mente.* GRY. *Quid ni?* FLEX. *Si hanc ergo sinis incultam & syluestrem, excolis autem corpus, & illi vni studes, an non transis, ab humana in ferinam conditionem? Sed ad id, de quo cœperamus loqui. nam hæc digressio, si vellem mihi indulgere, longissimè nos à proposito abduceret, Verum quum tu cedis de via & nudas caput, qualem te esse alij existimant?* GR. *Nobilem & generose informatum atque institutum.* FL. *Nimium durus es, nihilne domi audisti de animo, de probitate, de modestia, de moderatione?* GRYM. *In templo nonnunquam audiui. de con-*

ciona-

cionatoribus. FL. Quum illa abs te vident occurrentes fieri, iudicant te esse adolescentum modestum, probũ, bene de ipsis iudicantem, de te autem moderatè, qua ex opinione nascitur beneuolentia & fauor. GR. Explicatius id quæso. FLEX. Huc pertinet mea ratio; si te hoĩes existimarent adeò superbũ, vt ipsos omnes cõteneres præ te, nudare iñ caput, & genuflectere, non quòd ipsis is honor debeatur, sed quod te deceat: putas tu vllum fore, qui tibi haberet gratiam, aut te de honoris illa falsa simulatione diligeret? GR. Quid ni? FLE. Quia id tibi præstas, & tua gratia facis, non illorum. quis enim iudicabit se deuinctum tibi de ea, quod pro te ipso feceris, non pro se? an ego honorem eum velut mihi impensum accipiam, quem tu tribuis opinioni de te, non meis meritis? GR. Ita videtur. FL. Ergo paratur beneuolentia, si illi credant sibi honorem illum dari, non vt tu habearis comior ac nobilior. istud verò nõ fiet, nisi eam de te induant opinionem, quòd tu illos esse potiores ducas te, & dignos quibus tu concedas. GOR. At non est ita tamen FLEXIBV. Quantumcunque hoc sit falsum, in eo tamen necesse est eos falli, alioqui nunquam consequeris quod tantopere expetis. GRYMPHAERANTES. Quæ igitur erit persuadendi via? FL. Facilis, modo animum sedulo aduertas. GR. Profer quæso. nam ea de causa huc sum missus, & eris semper in nostra clientela. FLE. Nimis crudum est hoc pomum. GRYMPH. Quid tu mussas? FLEXIB. Dico viam esse vnicam: si sis talis qualem te credi cupis. GRYMPH. Quid isthuc? FL. Si vis aliquid calefacere, adferes ne fictũ ignem? GR. Non, sed

verum. FLEXIBVLVS. Si scindere, an pictũ in tela gladium? GR. Non, sed ferreum FLEXIBVLVS. Nõ est igitur eadem vis rerum verarum, quæ fictarum, GR. Apparet non esse. FL. Nec tu idem efficies simulata moderatione, quod vera. nam falsa ipsa se aliquãdo prodũt, vera semp̃ sunt eadẽ. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publicè aut priuatim, quum tibi excides (neque enim semper te, & vbique poteris obseruare) vnde fictus deprehendaris: & quantum prius ignotus diligebare, tantum postea cognitus sis odio, & longe plus. GR. Quomodo ego mihi ipse indicam germanam illam animi moderationem, quam tu præcipis? FL. Si persuaseris tibi, id quod res habet, alios eße meliores te. GO. Meliores verò? vbi tandem? in cœlo credo, nam in terra pares sunt paucissimi, melior nemo. GR. Sic audiui sæpe de patre & patruo. FL. Multum abducit vos à cognitione ueri, nominum ignorantia. Quid tu vocas bonum? vt sciamus, num sit aliquis te melior. GR. Quid ego scio, quid sit Bonum? Ex bonis esse progenitum. FLE. Ignoras etiamnum, quid sit BONVM: etiã tenes, quid sit. MELIVS. qũo peruenisti ad comparatiua, quum nondum positiua didiceris? ipsos autem tuos progenitores qũo scis fuisse bonos? qua tu id nota cognoscis? GR. Quid negas tu fuisse illos bonos? FL. Non noui illos. qũo de illorum bonitate possum aliquid in alterutram partem statuere? quæro modò qua ratione eßequaris tu fuisse illos bonos? GRYMPHAERANTES. Quia ita omnes prędicant. Sed quorsum, rogo te, pertinent tam molestæ interrogationes. FLEXIBVLVS. Nõ sunt molestæ, sed ne-

necessariæ, vt accipias, quod ex me sciscitaris. GRY. Confer quæso te, in pauca, FL. Multis esset id explicandum: cuius tam crassa ignorantia inuolueris: sed quando ita es fastidiosus dicã breuius, quam res tanta dici postulat? defige iam oculos tuos in me, dũ dißero. Qui sunt dicendi eruditi? an nõ ij qui habent eruditionem? qui opulenti? an non qui habent opes? GRY. Indubiè. FL. Quid ergo boni? num non ij demum qui habẽt bona? GR. Ita planè. FL. Missas nunc diuitias faciamus, quæ non sunt vera bona; quæ si essent, multi patre tuo inuenirentur meliores: & negotiatores ac fœneratores præstarẽt bonitate viris bonis, & sapiẽtibus. GRYM. Sic videtur, vt dicis. FLEXV. Expende ergo attẽte ac diligenter singula eorum, quæ referam: an non est bonum, acutum ingenium, sagax, maturum iudiciũ, integrum, sanum, tum eruditio varia, & magnarum rerum atque vtilium prudentia, exercitatio in rebus præstantibus, consilium, dexteritas in exequendis negotijs: quid tu de istis? GR. Vel sola nomina videntur mihi pulcra profectò, & magnifica, quantò magis res ipsæ. FL. Age porrò, quid sapientia, quid religio, pietas in Deum, in patriam, parentes, necessarios, iustitia, temperantia, liberalitas, magnanimitas, contemptus casuum humanorum, & fortis animus in aduersis, quid verò ista? GRY. Pręstantissima etiam hęc. FILEXIBV. Hæc sola sunt hominis bona: nam reliqua omnia, quæ commemorari possint, bonis & malis sunt communia: atque ea de caussa nec bona. Quæso manda sedulò memoriæ. GRY. Faciam. FLEX. Peruelim: nam ingenium tuum non malum est, sed non

bene excultum. Reputa igitur cum animo tuo, an tu hæc habeas: & si habeas, quàm pauca, & ea quam tenuiter. quod vbi examinaueris acutè ac subtiliter, intelliges tum demum, te non magnis nec multis eße bonis ornatum ac instructum, nec esse in populo qui pauciora habeat quàm tu. Nam in multitudine alij sunt senes, qui viderunt atq. audierunt multa habent experimenta rerum plurimarum; alij studiosi, qui ingenium discendo exacuunt & expoliunt: alij cupessunt Rempublicam; alij libenter & diligenter versant scriptores per futuros, alij sunt seduli patresfamilias, alij alias artes profitentur & præstant: vel ipsi agricolæ, quàm multa ex arcanis naturæ tenent? nautæ verò, cursum dierum & noctium, naturam ventorũ, positus terrarum & maris: alij ex multitudine sunt viri sacri & religiosi, qui numen piè venerantur ac colũt: alij res prosperas moderatè rexerunt & fortiter pertulerunt aduersas. quid horũ tu nosti? quid exerces? quid præstas? nihil omnino, præterquam illud: Nemo est melior me, bono sum natus genere. Qui potes esse melior, qui nondum es bonus? nec pater tuus, nec aui tui, aut proaui fuerunt boni, nisi habuerunt, quæ recensui quæ an habuerint, tu videris: ergo multũ dubito. Sed si habuerunt, tu certè non eris bonus, nisi illorum fias similis. GR. Planè terruisti, & pudefecisti me: non inuenio quod poßim vel hiscere in contrarium. GO. Nihil horum intellexi, tenebras mihi offudisti ante oculos. FLE. Nimirum venis ad hæc nimis durus, & longè diuersis opinionibus infectus, & mancipatus. Sed tu adolescens, quo te nunc tandem nomine censes appellandum?

landum? dominum, an mancipium? GR. Mancipium: nam si ita est, vt dißeruisti, & intelligo nihil esse verius, & complures sunt serui multò potiores ac præstantiores me. FL. Hæc ne leuiter degustes, confer te domũ & solus tecum reuolue, excute, perpende. quò magis versaueris, hòc veriora & certiora eße intelliges. GA. Obsecro te, adiice alia, si qua habes: nam momento horæ sentio me adeò immitatum, ut prorsum videar mihi iam esse alius. FL. Vtinam contigerit tibi, quod Polemoni philosopho. GR. Quid illi contigit? FLEXIBVL. Vna Xenocratis oratione ex nequissimo & perditissimo factus est sapientiæ ac virtutum omnium studiosissimus, euasitque magni nominis philosophus, & Xenocratis in Academia successor. Sed tu, mi fili, vbi apertè cognoueris, quantum tibi ad bonitatem desit, quod aliis multis superest, verè, & ex animo cedes aliis, & in eis honorabis bonitatem, qua vides illos ornatus, te autem carere. Iam & ex reputatione tui ipsius, vilesces tibi, ac sordebis, adeò ut nemini occurras tam abiecto contemptoque quem non tibi anteponat conscientia tuæ mentis: non enim adduci poteris, ut credas quenquam esse peiorem te, nisi quòd illius malitia & nequitia protulit se foras, tua delitescit cautius. GRYM. Quid tum sequetur? FLE. Hæc si feceris, veram ipsam solidamq; ac ingenuam educationem atq; vrbanitatem, seu vt nunc loquimur, aulicicatem assequere, eris grauis & charus omnibus. Sed id non iam magnifacies: eris autem, quod vnicè tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

PRAECEPTA EDVCATIONIS.

Budæus, Grymphærantes.

QVænam est isthæc tanta & tam subita mutatio? inter Ouidii Metamorphoses poßet referri. GR. In peiusne an in melius. BVD. In melius, mea sententia: si quidem ab exteriore cultu, gestu, verbis, actionibus, bonã mentẽ licet æstimare ac colligere. GR. Est ergo quod mihi possim gratulari, sodalis iucundissime. BV. Ego verò & gratulor tibi, & vt pergas exhortor, magnaque in dies bonæ istius frugis vt capiat incrementa, Deum ac diuos omnes comprecor. Sed amabò ne inuideas familiari tam charo artem adeò præstantem ac præclaram, quæ breui tempore tantum humano pectori probitatis instillet. GR. Ars & fons riui huius vberrimus est Flexibulus, si eum nosti. BV. Quis non norit virum, vt à patre & maioribus natu audiui, ingentis prudentiæ, atque vsus rerum, huic ciuitati non notum modò, sed charum, & in paucis venerabilem? O te felicem, qui illum propius audiueris, & sis cum eo familiariter versatus, vnde tantum retuleris fructus ad rectam compositionem morum. GR. Quãto tu fælicior, cui hæc domi nascuntur, quod aiũt? & potes non semel aut iterũ, vt ego, sed quotidie, quoties lubuerit talẽ patrẽ audire, maximis & utilißimis de rebus sapienter dißerentem. BV. Omitte nũc ista, de te & Flexibulo procedat sermo institutus. GR. Taceamus igitur de patre tuo, quãdo ita est tibi cordi: redeamus ad Flexibulum nihil viri illius sermone dulcius, nihil consiliis cordatius, nihil præceptis grauius, prudẽtius, sanctius. Itaq. gustu hoc, quam mihi ille de se præbuit,

buit, aucta & incensa est mihi mirum in modum sitis hauriẽdi ex tã dulci fonte sapientiæ. Narrãt, qui orbẽ terrarum describũt, fontes esse admirabilis ingenij ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatẽ tollere, alios stuporem immittere, alios somnum; fontem hunc, hanc ego vim habere sum expertus, vt ex bruto efficiat hominẽ, ex perdito & nequam, frugi, ex hoĩe, Angelum. BV. Poßemne & ego ex eodẽ fonte aliquid vel extremis labris delibare? GR. Quidni possis? domum tibi, vbi habitet, commonstrabo. BV. Isthuc quidẽ aliàs, tu verò inter deambulandum (aut assideamus, si lubet) aliquot mihi refer ex illius pręceptionib. quas optimas esse, & potissimas censeas. GR. Equidem recensebo lubẽs, cũ vt tibi gratificer, & prosim, si queam: tum ad meam recordationem. Primum omnium docuit me, debere vnumquemque non magnificè de se sentire sed moderate, seu verius demisse, hoc esse optimæ educationis ac verè comitatis solidum fundamentum ac proprium. Hinc nauare operam vt animum excolat, atq. exornet cognitione rerũ, sciã & exercitamentis virtutũ, alioq hoĩem nõ hoĩem esse, sed pecus, Reb. sacris intereße cũ maxima attẽtatione & reuerẽtia. Quidquid illic siue audias, seu videas existimare magnũ, admirabile, diuinum, & quæ captum tuum exuperent. Crebrò te Christo commẽdare præcib. in illo spem & fiduciam tuam omnem collocandam. Parentib. obsequentẽ se pbere, inseruire illis, ministrare, & quacunq. valeas commodare, prodeße, adiuuare. Magistrum colere, ac diligere tanquam parentem, non corporis, sed (quod amplius est) mentis. Sacerdotes Domini reuereri, il-

lorũque doctrinæ audientem se exhibere, qui referunt nobis personam Apostolorum, atque adeò Domini ipsius. Senibus assurgendum, caput nudandum, attentè illis auscultandum, è quibus ob diutinum vsum rerum collecta sit prudẽtia. Magistratus honorare, illisque aliquid imperantib. dicto esse audientem, quib. cura nostri a Deo est commissa. Viros magni ingenii, magnæ eruditionis, probos, suspicere, admirari, colere, bene illis cupere, et amicitiam illorum ac familiaritatẽ expetere, ex qua magni fructus reportentur: & is potissimum, vt similes eorum euadamus. Deniq. iis qui sunt in dignitate, deberi reuerentiam: idcirco impendẽdam esse liberaliter, ac libenter. Quid tu de hisce præceptis dicis? BV. Mea quidem sententia deprompta esse ex diuite, quodam prudentiæ promptuario. Sed dic mihi, an non sunt multi ad dignitatem euecti homines indignissimi, velut sacerdotes non respondentes tanto titulo, et magistratus praui, & senes stulti ac deliri; quid quæso de his sentiebat Flexibulus; an eodem esse honore prosequendos, quo potiores; GR. Non ignorabat Flexibulus, esse tales non paucos: sed non concedebat ætati nostræ, vt nos inter eiusmodi & alios poneremus discrimen, nondum tantum esse nactos nos vel ingenii, vel prudentiæ, vt id possimus diiudicare, eam censuram et sapientibus esse viris relinquendam, & iis, quibus illorum est regimen commissum. BV. Rectè hoc quidẽ, vt videtur. GRY. Addebat, non debere adolescentem in nudando capite lentum esse, non in flectendo genu, non in vnoquoq; honorificè appellando, non comi sermone, ac moderato. Nec decere multum loqui apud ma-

iores natu, aut superiores. id enim alienum eße à reuerentia illis debita: sed tacitum illos auscultare, & ab eis haurire prudentiam, cognitionem rerum variarũ, rectam atque expeditam loquendi rationem. Breuissima est ad scientiam via audiendi diligentia. Prudentis & ingeniosi esse, de reb. iudicare: vniuscuiusq. de eo quod probè nouit. Ideoq; negabat ferendum esse adolescentem, ad pronunciandum ac definiendum procliuem. debere illum in statuendo, aut iudicando, de re quantumcunque leui ac exigua, esse cunctabundum, seu potius timidum, conscium videlicet suæ ignorantiæ. Quòd si in iudicio de re qualibet par est adolescentem esse talem, quid fiet de literis, de disciplinis, de legib. patrijs, de ritib. de morib. atq. institutis maiorũ? de quib. non solum sententiam ferre iuuenem, sed nec disputare, aut vocare in quæstionem sinebat Flexibulus, non cauillari, non rationem reposcere, sed tacitè ac modestè obtemperare; quod dictum, Platonis auctoritate fulciebat, magni in sapientia viri. In 4. de Rep. *BVD. Quid si sunt leges aut mores praui, iniqui, tyrãnici? GR. Idem & de hoc Flexibulus disserebat, quod de senibus. Non ignoro equidem, aiebat ille, multos esse receptos in ciuitate mores parum probabiles, sanctas esse leges, aliquas iniquas: sed tu imperitus, inexpertus rerum vitæ, quomodo id censebis? nondũ eo peruenisti eruditione & vsu rerum, vt de eo possis statuere: fortasse quæ tua est ignorantia, vel animi libido, improbas esse leges iudicabis, quæ sint rectissimæ, & magno cõsilio statutæ: rursũ verò optimas, quas iustũ esset abrogare. sine illos de ijs inqrere, disputare, definire, q̃ cãm quæũt*

de singulis probabilem reddere : tu id non posses.BV. Ita est planè.Perge ad alia:GRY.Nullum esse decentius aut gratiosus adolescenti ornamentũ, quã verecũdiam.Nihil impudentia tetrius,aut inuisius. Magnũ esse ætati nostræ ab ira periculum, ab ea nos ad turpes actiones corripi, quarum paulò post grauissimè pæniteat.Multum itaque eße cum illa luctãdum, quo ad omnino prosternatur,ne nos ipsa prosternat.Otiosus homo,saxũ:malè occupatus,bellua:bene occupatus, verè homo.Hoĩes nihil agendo,malè agere discuntur.Cibum & potum metiendum naturali desiderio famis aut sitis,non gulositate aut pecunia libidine infarciendi corporis. Quid põt dici tetrius,quã hoĩem ea ingere re in suum corpus, edendo & bibendo,quæ exuãt illũ humana condicione,transferant in belluinam, aut etiã in stipitem? Compositio oris & cuncti corporis,quem admodum animus sit intus habitus,loquitur. Sed ex vniuersa exteriore facie nullum aĩ speculum aiebat esse certius, quã oculos· ideoq; conuenire,illos esse sedatos & quietos, non elatos, nec deiectos, non mobiles, sed nec rigentes : faciem ipsam non in toruitatem nec ferociam compositam, sed ad hilaritatem atq. affabilitatem. Sordes & obscænitates abesse decet à vestitu, victu, conuictu, sermone. Sermonem nostrum nec arrogantem ac pauidum, nec vicissim abiectum & effœminatum volebat esse,simplicem aũt,& minimè captiosum,non detortum ad prauas interpretationes,nã id si fiat,nihil erit tutum loqui, & frangitur generosa loquendi indoles stultis ac ineptis cauillis. Manus,quũ verba facimus,non iactãdas, non caput quatiendum,

non crispãdum latus, nõ vultũ corrugãdum & distorquendũ, nõ pedes agitandos. Mẽdacio nihil dicebat esse terrius, nec aliud æque abominabatur. Intemperantia facit nos belluas, mendaciũ diabolos, veritas semideos. à Deo natã esse veritatem, à diabolo mendaciũ: nec est aliud ad vitæ communionem perinde damnosum. Multò iustius debere ab hominum consortio pelli mendacem, quàm qui est furatus, aut qui aliquem pulsauit, aut qui adulterauit nummum. Quæ enim esse potest, vel rerum ac negotiorum contractio, vel consociatio sermonum cum eo, qui aliud loquitur, aliud sentit cum reliquis vitiorum generibus esse potest aliqua, cum hoc nulla. De sodalibus & amicitijs adolescentum multum ille loquebatur, & accuratè, non exiguum id esse momentum ad probitatem aut flagitia nostræ ætatis. transire ad nos amicorum nostrorum & sodalium mores tanquam contagia: & tales nos ferè fieri, quales ij sint, quibuscum versemur, idcirco eã in rem magnam esse diligentiam atq. operam nauandam. Nec permittebat nobis, vt ipsi amicitias & familiaritates deligeremus: sed vt à parentibus, aut magistris, aut educatoribus nostris delectas, & traditas acciperemus, & coleremus: illos ratione duci in eligendo, nos autem rapi praua animi aliqua cupiditate, vel libidine. quòd si quo casu in necessitudines incideremus, inutiles aut noxias, à superiore autoritate admonitos, abijcere illas quam primum oportere. Dicebat ille quidem quum alia permulta, magna sanè atq; admirabilia, tũ hæc ipsa diffusius, & exactius. Sed hæc erat propemodum de recta adolescentiæ educatione summa.

IO. LVDOVICI VIVIS De Conſcribendis, ſiue componendis Epiſt.

Ad Idiaqueum à ſecretis Caroli V.

QVum inſtituerem, Idiaquee, opuſculum de Epiſtolis componendis edere, quarum permagnus eſt vſus in omnes vitæ partes, viſum eſt mihi tuo nomini inſcribere non quod his meis præceptis ipſe indigeas, qui præceptores facultatis huius ac duces habes Ciceronem & Plinium, quorum veſtigijs feliciſsimè inſiſtis; magna cum admiratione omnium, qui ſciunt, quam breui tempore, quod in latinis concupieras, ſis aſſecutus. Sed quia nemini magis videtur ea tractatio congruere, quam ei, cui ſunt quotidie permultæ maximis de rebus Latinæ Epiſtolæ, cum tuo ipſius, tum Caroli Cæſaris nomine conſcribendæ: denique pro noſtra cõiunctiſsima amicitia & voluntate mutua, quicquid ab altero proficiſcatur, non poteſt non eſſe alteri longe gratiſſimum. Epiſtola eſt ſermo obſentium per literas, in hoc enim ea eſt reperta, vt conceptus animi, & cogitata aliorum ad alios fida mandati interpres & nuncia perferat. Epiſtolarum vſus eſt, inquit D. Ambroſius ad Sabinum, vt diſiũcti locorum interuallis, affectu adhæreamus, & in quibus inter abſentes imago refulget præſentiæ: & collocutio ſcripta ſeparatos copulat: in quibus etiam cum amico miſcemus animum,

mum mentem ei nostram infundimus: sic ille. dicta est Græce à mittendo, ἐπιστολὴ ceu quis dicat missoriã, vocabulo non recepto. Nam inter præsentes nihil opus est epistola, nisi forte si quid certis præscriptisque est acturus verbis, vt Suetonius Cæsarẽ Augustum refert sermones cum singulis, etiam cum Liuia sua grauiores, non nisi scriptos, & e libello habere solitũ, ne plus minusve loqueretur ex tempore quam oporteret. & arrogantissimus ille dominus Romæ nihil vnquam cum uis egit, nisi nutibus, aut de scripto, sicuti est apud Tacitũ. Excogitati quoq. codicilli inter homines eadem in vrbe ac vicinia, sed qbus visere inter se parum vel placebat, vel licebat, aut certe cõmodius scriptis agebatur res; quorũ codicillorum frequens est apud Ciceronem, Tacitũ, & alios mentio. Antiquissimæ epistolæ in hoc vnũ paratæ erant, vt aliquid absenti nunciarent de republica aut priuata, quid actũ, quid futurũ, quid gereretur, quid vellẽt fieri, aut secus. Cuiusmodi videmus esse Ciceronianas, & præcipuè ad T. Atticũ. Deinceps omnia, quæ dici, quæq; scribi poßent, sub epistolæ ambitũ venerunt. Cicero ad Curionem. Epistolarũ, inquit, genera multa eße non ignoras, sed vnum illud certißimũ, cuius causa res ipsa inuenta est, vt certiores faceremus absentes, si quid eos scire aut nostra aut ipsorũ interesset. Reliqua sunt epistolarũ genera duo, q̃ magno pere me delectant, vnum familiare & iocosum, alterũ seuerũ, & graue. Itaq; illa vera est, & germana epistola, per quã significamus alicui, id quod in negotijs vel eius interest scire, vel nostra: quales sunt propemodum nũciatoriæ, petitoriæ, cõmendatitiæ, consultoriæ, admo-

mitoriæ,& ſi quæ ſunt eius generis,quæ vicẽ abſentiæ ſcribendis impleant, Additæ ſunt poſtea conſolatoriæ, conciliatoriæ,præceptoriæ,diſputatoriæ de omni argumẽto philoſophiæ,iuris,antiquitatis,oĩum deniq. diſciplinarũ,atq; earum rerum,quæ de ſcripto inter maximè præſentes agerentur . ſic a Platone de Philoſophia ſcribũtur ad Dionyſiũ & alios,à Seneca ad Luciliũ , a Hieronymo, Ambroſio,& Auguſtino, Cypriano,de rebus ſacris ad varios,citãtur Catonis Cẽſorij,& multorũ Iuriſconſultorum libri , de quæſitis, aut reſponſis per epiſtolã.Nolo in pręſentia diſſerere,quam latè nomen epiſtolę extendendũ ſit,ſed certe ſi recipimus, vt quicquid ſalutationem pręfert,epiſtola dicatur,qd cauſæ erit, quin libri Tuſculanarũ quæſtionum Ciceronis . aut de Finibus epiſtolæ nominentur ad Brutum? de Senectute verò & amicitia , ad Atticum , de Officijs,ad Marcũ filium, vel ſi orationi pro Milone , aut in Verrem ſalutationem præponas, ad Iudices epiſtolæ ſint ? ſed non fit ideo vir ea fæmina , q̃ ſumit femoralia, aut enſe cingitur;ita non omnis liber fit epiſtola, cui propoſita eſt ſalutatio, niſi naturam & ingenium ſumat epiſtolæ,quam ſtatim demonſtrabimus. Benè Plinius Cęcilius. Aliud eſt hiſtoriam ſcribere,aliud epiſtolam , ſignificans,in natura illarum eſſe diſcrimen.

DE INVENTIONE.

INuentionẽ epiſtolarũ cũ aliqua parte diſpoſitionis coniũgemus; præcipuè in exordijs:ppea qđ hæc ſæpenumero diſiũgi nõ poſſunt cõmodè. eadem.n.ſunt locis aliquot de vtriſq. præcepta,& pleriq. epiſtolas ſcripturi,maximè circa principia conflictantur, tanquam

inter scopulos, facileque reliquū cursum conficerent, si modo euasissent ex ambagibus portus. Initio illud præfandū est, inuentionem omnem non solum epistolæ, verū cuiuscunq; alterius generis, sermonis, orationisve; vt etiam in his quæ loquimur, haud penitus artis esse, sed prudentiæ, quæ paritur ex ingenio, memoria, iudicio, atq. vsu rerū: à nobis vero tradendis artibus adiuuatur, non perficitur: admonetur, non omninò restituitur: ne qs se vel hoc loco, vel in aliis, aut à meipso, aut ab alio quoppiam scriptore aut magistro plenā cognitionem componendarum epistolarum, alteriusq, omnino generis orationis accepturum speret. Sunt enim qui præcepta damnent tanquam inutilia, quæ non statim ex stupido acutū reddant, peritū ex rudi: itaq. sit hoc primum præceptum, adiuuari a nobis inuentionem, & promoueri hisce formulis: quæ nec ipsæ virium sunt aliquid habituræ, nisi vsus atque exercitatio accesserit: Hæc præfatus, ad rem venio.

SCripturus epistolam consideret quis, et cui scribat, & quib. de reb. qui sumus nos ad illū, qui ille in se, aut. n. ignoti sumus, aut noti, amici aut inimici, leuiter seu dubiè amici, aut aperte, & arctè. pares aut ĩpares, & hoc variis in rebus, genere fortunis, eruditione, etate. Tum ille quo genere, plebeius aut patricius, honesto an sordido, qua fortuna, sūma, magna, mediocri, infima, nulla. quo rerū statu, liber an seruus, opiniosus an obscurus, bonæ an malę famę, ociosus an occupatus, sutor, aut sartor, qua eruditione, magna, mediocri, media Theologus: Medicus, Philosophus, Iurisconsultus, vsu rerū an secus, quo ingenio & morib. tristis an hilaris,

remissus an seuerus, placidus an iracundus, humanus an supericiliosus, facilis an difficilis, acutus an hebes. hæc.n. vno mentis intuitu facile pcurremus oīa, & mo mēto tpis. Frequēter.n. excusādū est, ꝙ ignotus scribas. aut leuiter amicus, aut tāto viro, aut ei ī quē forsā cre deris inimico eē aīo: hoc primū purgabis. nā ita fert na tura ipsa nr̄a ingenij, vt resoluta, epistola, & lecto scri bentis noīe, admiretur is cui scribit̄, si ab ignoto, si a le uiter charo, si ab inimico mittat̄: ita vel īpudentiæ, vel temeritatis, vel arrogātiæ, vel demētiæ scribentē apud aīum suū statim initio dānat, quo fit vt nō tm̄ asperne tur literas, sed authorē ipsū oderit: itaq. eo acrius, si su perciliosus sit, aut morosus, & in eū ipsum odij affectū procliuis. ergo occurrendū. Nā & ipso foro noui orato-res ipsa re cogebantur, ante alia oīa de se loqui, cur dice rent. Sic Cicero pro Sex. Roscio Amerino, quam oratio-nē habuit ad iudices primam; & ꝓ lege Manilia, q̄ fuit ad populū prima: Sumendū igit̄ principiū vel ex te, aut reb. tuis: vel ex illo, aut rebꝰ eius: uel ex re ipsa, de qua scribis: idq. tanquam exordiolo. Ex te ad hunc se rè modum: sꝑ te amaße & coluiße, illum, ubique opti-mè & sensisse de illo, & dixiße, & dolere qđ tādiu il-li ignotus, aut tenuiter notus fueris, quē ita sis de inge-nio ac uirtute admiratus: aut dolere, quod in animum eius inciderit ea suspicio de tua in eum uolūtate, quum tu amicitiam illā sꝑ inter præcipua tua bona numera-ris, allegabis, si potes, documentum aliquod amicæ tuæ uoluntatis erga illum: culpā reiicies in eos, qui uestræ amicitiæ inuiderint: aut in illū ipsū si licet, sed mode-stè, & sine asperitate; aut in tuā imprudentiam ac ęta

tem. aut apertè culpã fateberis, ſi ita res poſcat; pœnitere te, & daturũ operã, ut re ipſa ſentiat quẽadmodũ ſis iã affectus erga illum. A reb. tuis, amicitiam cõem cum aliquo demonſtrabis, aut paternã: Ab illo, ingenium, literas, humanitatem, uirtutes, quas es in eo admiratus, adduxiße te ad ſcribendũ, ut in conciliatorijs. ignotus es, ſed ille oẽs incredibili humanitate complectitur, aut cupiditate benefaciendi: tũ literæ eius, aut prudentia effecerunt, ne ipſe aut cuiquam eße poßit ignot⁹ aut quẽquã putare dẽat ignotũ ſibi, aut ad ſe nihil pertinere. Idẽ de potentia, vt Duci, vt Regi ad quẽ tanquã ad aſylũ accurrẽdũ eſt: nec diſcernendũ qs not⁹, qs ignotus, oẽs sũt ſatis noti, qui ſe illius curæ crediderunt. Efficiendũ potiſſimum, ut magis videamur virtutibus illi⁹ adducti, quã allecti fortuna, et in cõmẽdatiõe uirtutũ, ne ſpecies ulla aßentationis, ſed id oſtendemus nos habere cõpertũ, uel in nobis, ſi quo affecti ſumus bñficio ab illo, uel audiſſe ab ijs q experti ſunt, vel cognouiße nos ipſos, vel uidiße: ita teſtimonium aliqđ afferem⁹ ex opere: ut in uiris doctis. ex lib. ab eis editis, orationib⁹ habitis, ꝑlectionib. diſputationibus: & ea maximè commemorabimus illius bona, quæ ad rẽ, de qua ſcripturi ſum⁹, aptiſſima fuerint: ut clementia, ſi petimus ueniã humanitatẽ, ſi amicitiã; liberalitatẽ, ſi bñficiũ; prudentiã, & probitatem, ſi cõſilliũ, A rebus ipſius, uel a cõmuni amicitia, à paterna: à rebus de quibus ſcribimus, ut rem eſſe honeſtam, doctam, argutam, ideo dignam de qua illi ſcribatur: aut neceſſariam, ideo coactos eße nos ad eũ tanquam ad arã confugere: uelut ob fortunas ad diuitem, ob iuſtitiã ad iudicem, ad regem;

ad

ad magiſtratum: maluiſſe nos vitii cuiuſuis ſuſpicionē ſubire, tametſi nobis grauiſſimā, in animo duntaxat illius, quem nos tanti facimus, quàm non ſcribere neceſſitatem fortiſſimum eſſe telum, cui nemo reſiſtat: & honeſtius eſt, quū id fit ꝑ altero. aut rem eſſe eiuſmodi, vt quū eā pronouerit, nō te vel temerariū iudicet qui ſcripſeris, vel confidentem, ſed virum haudquaquam malū, & in reb. bonis animoſum. contra potius iudicaturus eſſet ſocordem te. ſi neglexiſſes. Eſt etiam apud amicū excuſandum cur de re aliqua ſcribis, de qua poteras coram agere. Cic. Luceio: Coram me tecū eadē hæc agere ſæpè conātem deterruit pudor quidam penè ſubruſticus, quæ nunc exponam abſens audacius: epiſtola enim nō erubeſcit. Hæc eſt prima coitio, quę, vt ille dicit, in comœdia accerrima eſt; cætera sūt proniora poſt hāc, & magis expedita. Ideo prima epiſtola vehemēter eſt elaborandum, ne apud nouum erga nos animū in ſuſpicionem veniamus cuiuſquā vitii, aut impudentiæ, aut arrogātiæ, aut loquacitatis, aut oſtentationis, aut vafriciei, aut putidæ affectionis, aut immodicæ aſſentationis & pariſiticæ, aut ſcurrilitatis, aut imperitiæ. Plurimū enim in prima compactione poſitū eſt, ſicut in vaſis teneris adhuc & mollibus, quū coaleſcūt. Nec puto quenquam admonendū eſſe, non omnia omnibus congruere; videndū cui poſſis admirationem de ipſo tuam allegare: cui paternum hoſpitium, cui curā ſubditorū. quod ſi nihil habes, quare ſcribas excuſandum tum contemplabere qui ſit ille cui ſcribis, nam hic tota epiſtola temperatur. Ad fortunatum et ſuperciliosum reuerentius, modo abſit aſſentatio: ad moroſū

& aſperum, parcius & lenius; ad rudem aut hebetẽ, apertius: ad ingenioſum accuratius, & maiore apparatu, ſi eo delectatur, & ſic ſe venerari arguit. docto ad antiquitatem accõmodatius, ad occupatum breuiter, ad ocioſum fuſius, ſi rem nõ ingratã facturus: ad hilarem lætè, ad humanũ minus ſcrupuloſè & anxiè, ad ſeuerum ſubtriſte, ad remiſſum iocoſe, ad mœſtum mœſtè. ad amicum certum apertè, & cum magna fiducia, ad incertũ dubiè: ſed ſic, vt ſe credat diligi, & diligas reuera. hoc lex naturæ, hoc melior naturæ lege Chriſt⁹ iubet: ita vt ingratitudinis ille ſeſe damnet meritò, ni redamet. ad inimicũ, vt cogites amicum poſſe fieri, & apertus ſemper paratuſq; maneat reditus in gratiam, vt abſit omnis aſperitas, & manſuetudinem quandam animi exeras etiam in inimicum, & præſtabit meminiſſe profeſſionis noſtræ, qua vetamur quemquam odiſſe: ita vt emendatum illum oſtendas cupere te, non perditũ: & vitium odiſſe, amare hominem, ad parem & charũ ſimpliciter ac familiariter, ad minus familiarẽ, cautius & comiter, citra deiectionem: ad inferiorẽ, humanè, vt non videaris loqui ex alto, ſed ex æquo, vel infimis: hoc boni mores ſuadent, hoc pietas ſacroſanctæ præcipit: exempla erunt vſu facilia. Omnino tollendũ eſt è vita genus illud epiſtolarum fallax, inſulſum, ineptum, quo ſigna omnia uoluntatũ confundantur: adeò blandum et aßentatorium, ut nullo penitus modo ſcribentis poſſit animus dignoſci. quales ſunt epiſtolę, quæ nominãtur aulicæ, & benè educatæ. nam humanus cogitatus tanta mole corporis contectus, impenetrabilis eſt, & profertur quãdantenus ſermone. quod ſi hic quo

que

que fictus ſit penitus et contectus, quid reliquum ſit ad hominem noſcendum? qualis erit hominum communicatio, & ſocietas inter ſe, quũ nemo beneuolum & maleuolum diſtinguet, & lupum ad ſe recipiet pro ouicula: aut hanc fugiet, lupi ſæuitiam formidans? ſed hæc alterius ſunt inſtituti. Iam de rebus epiſtolæ.

De rebus Epiſtolarum.

EPiſtola quaſcunq. res poteſt continere, ſed nos ꝓprius ad rationem præceptorum in aliquod eam genera patiemur: pingui qdẽ & rudi Minerua, ſed ad captũ tironum appoſita. Nam vel de rebus ad nos ſpectantibus loquimur, vel ad eum cui ſcribimus, vel ad vtrunq. vel de alienis. Sunt in nobis, vt in oĩb. hoĩbus animus & corpus, ſunt externa. In animo, mẽs, in qua iudicium, ſagacitas, ingenium, & in hoc acumen, celeritas, habetudo, tarditas, eruditio, ruditas, memoria, theſaurus, eruditionis & rerum oĩum, quę vidimus, quæ audiuimus, deniq; aliquo cepimus ſenſu, ſiue exteriori, ſiue interiori. in eadem facilitas, difficultas, firmitas, imbecillitas. eſt etiam volũtas, in qua expetitiones & fugę rerum, tum bonarum tum malarum. ſub his partibus affectus læti in re pręsẽti, & triſtes, & vtriq. in re futura, & præterita. In corpore, q̃ ad extremã cutẽ. color, ſpecies aut deformitas? q̃ in neruis, robur, aut infirmitas q̃ in intimis, valetudo: quæ ad totũ, pulchritudo aut fœditas; tum quæ ad id ſuſtentandum, uictus. Extra nos ſunt pecuniæ, veſtimenta deniq. omnia quæ poſſidentur, honor, dignitas, genus acta, amici, patria, inimici, infamia, & poſt nos poſteritas. Ergo epiſtola vel ad nos pertinet in commemoratione alicuius rei, ex

ijs, q̃ diximus, velut in ingenio: enarratio nostrorũ stu-
diorum; in memoria, gratiarũ habitio, vel actio: in vo
luntate explicatio morũ; in affectibus, si qua re sumus
cõmodi, in corpore qua valetudine, in externis qua for
tuna, qd amici ꝓ nobis egerint, aut nõ egerĩt, aut inimi
ci nocuerint, aut tentarint. Itaq; vel aliqd cupimus in
ingenio, sicut auxilium eruditioni aut prudẽtiæ; in me
moria, cognitioni rerum; in voluntate. morib. aut pieta
ti. quæ sunt cõsultoriæ; in affectibus, beneuolentiã cõci
liare, quæ est cõciliatoria; aut fouere aut augere conser
uatã, quæ est officiosa; aut querelã vel indignationem
apud illũ effundimus. In corpore remediũ aut cõserua
tionẽ valetudinis, aut firmitatis, vel ꝑtinet ad victũ,
quæ sunt partim ex cõsultorijs, partim ex petitorijs. In
rebus externis, oẽs quib. aliquid cupimus, vocãtur Pe
titoriæ, quæ de pecunia, dignitate, honore, cõtra inimi-
cũ si auxilium imploratur: pro amico autem, nomina-
tur Cõmendatitia. In illo cui scribimus, aut aliquid eiꝰ
narramus tm̃, aut etiã laudamus, quæ est Panegyrica,
aut ad voluptatem; quũ iocamur, aut fabellam referi
mus, quæ illũ exhilarat, aut ad cõmodum eius ꝑtinet:
quales sũt præceptoriæ, cõsultoriæ, hortatoriæ, admoni
toriæ, castigatoriæ, gratificatoriæ, de reb. oĩbus, de inge
nio, de memoria, de corpore, & reb. eiꝰ de externis, quę
sunt cõsolatoriæ, & incitatorię, quæ ad affectus tẽdũt,
& alię quib. affectum aliquem vel excitare conamur,
vel excitatum sedare. Ad vtrumq; spectãt, quæ de cõ
munibus rebus, & de communi eruditione, de com-
munibus negotijs, quales sũt mercatorum, expostulato
riæ, inuectiuæ. Aliena sunt, quum refert quid gestum,

vel

vel in aliena domo, vel in aliena Repub. quid quis dixerit, egerit, cogitarit, & loquor ad ſenſum gentilium, nimis iam à nobis receptum atque approbatum, qui præter ſua & amicorũ, ciuitatisq; publica, reliqua à ſe aliena exiſtimabãt eſſe. Quanto rectius, & ad naturã ꝓpius, ſenex ille in fabula, ad ſe cruciãtem. Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Admiſcentur verò narrationes illiuſmodi, omnibus epiſtolarum generib. & fiũt miſtæ epiſtolæ. quæ omnia ſint à me dicta velut exempli gratia. Quis.n. aut vniuerſa cõplectatur, aut ꝓſequatur ſingula, quę ſunt infinita? meritoq; Philoſophi negarunt de ſingularibus vt pote innumeris, eſſe ſcientiam. Sed nos iam vſum incipiamus tradere. De noſtris rebus dicemus modice, modeſtè, pudibundè, parce, vt abſit ſpecies omnis arrogantiæ, quam ne in maximis quidem viris ferimus: videturque velut venenum, quod res alioqui pulcherrimas ſuperfuſum corrumpit. Ad eundem modũ ſi de iniuria vel cõtumelia noſtri quærimur, aut omnino verba faciamus, ne videamus cæci amore noſtri rapi (quod vitium Græci φιλαυτίαν nominat, contrarium Apollinis præcepto, quo admonemur; vt ſe qſq; norit) ſed duci iudicio: ita ne multum detrahamus illi, de quo querimur, dũ nobis indulgemus, ne illud audiamus de Satyra: quũ tua peruideas oculis malè lippus inũctis, Cur in amicorum vitiũ tã cernis acutũ. Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? Ita rem nõ exaggerabimus verborũ atrocitate, ſed ciuiliter omnia explicabimus, & mãſuetè; Scribere vero nos ad illum potiſſime dicemus, qđ pro ſummo noſtro mutuo amore libenter curas omneis, cogita-

tiones, affectus læta & triſtitia in illius ſinum deponimus id eſſe nobis unicum leuamen anxietudinū. Si petimus. aut rē honeſtam, aut mediā, nā turpē nec decet bonum virū petere, nec petitam concedere. honeſtam, voco, conſiliū, amicitiam, admonitionem, inſtitutionem: mediam verò, & quaſi neutram, pecuniam, fauorem, adiumentū pro nobis, aut amicis: adſit in petitione oīs pudor (nam inferiorem ſe facit quiſquis rogat: ſed in alijs rebus, & apud alios, maior aut minor. Rem honeſtam liberius petemus, & audacius, modo ne admiſceatur impudentia, & velut imperioſitas quędam, tanq̄ non roges, ſed imperes. quod in Bruto culpat. M. Tullius. Oſtendes cur petas cur ab eo potiſſimum, nam ſi cā non ſit petendi, uidetur res inſolens, aut arrogans, aut inepta & ſuperuacanea petere. velut, ſi nauta, vel auriga, a magno theologo rogat explicari ſibi myſterium Trinitatis, vt ab Auguſtino traditur, vel Hilario. Tū, cur ab eo petas, quod plurimum in ea re valeat: ſcire. illum nō negare alijs, minus negaturū tibi amico, beneuolo, admiratori. Ad ſimilem modum in conciliatione amicitiæ eſſe te admiratorē linguæ Græcæ & Latinæ, quæ quum in illo ſint exactiſſimæ, cupere te eſſe illi per familiarem, porrò illum tamen eſſe, ut humanitate illa inexhauſta uniuerſos ad ſe alliceat & complectatur. Apud amicum, aut hominem ualde humanū ac facilem, quiſque ſolet libenter eiuſmodi præbere, quæ nos cupimus, breuius licebit agere & ſimplicius oſtenſa fiducia ex amicitia noſtra, aut illius moribus: quæ fiducia valet ēt apud leuiter amicos, vt præ nobis feramus magnā beneuolentiam, ex qua oritur huiuſmodi fiducia.

cia. Nam indignantur ſæpenumero amici, magnis, & ambitioſis precibus aliquid ab ſe amicos contendere, ſuſpicantur enim illos non ſatis amare, aut confidere amori mutuo. Quòd ſi in rebus honeſtiſſimis attingendum. cur petas, & cur ab illo: quanto id magis faciendum eſt in re media? in qua erit adhibenda cura paulo maior. Sed id quoque ex perſonis temperandũ eſt, eius ad quem ſcribitur, & q ſcribit quippe ſi ſit pater, aut frater, aut chariſſimus, aut qui debet, aut qui ſemper ſolet: nihil opus eſt magno verborum ambitu, niſi res ſint mutatæ. vt duriora & difficiliora tẽpora, iactura rei familiaris, te factum minus amabilem, aut quid tale. Diſcipulos incunctãter petit à magiſtro, quæ ſunt inſtitutionis; priuatus à magiſtratu, q̃ iuris, aut æquitatis, doctus à potente, vel principe, alimenta, otij literary. Nã ſi ab his nõ petat, qui dabant? ſartoreſne & rhedarij? tum quod doctus adiuuat principem bonis monitis, princeps doctum fauore ac pecunia, vterque qua re plurimũ valet. Sin alienior ſit, & nõ adeo familiaris, oſtende aliquid cur dignus ſis, qui impetres. Et te, quoniam amicus, aut quod amaſti ſemper; aut ad illũ maluiſti accurrere, quã ad aliũ quemuis: cui mauis, quod tantum amas, uel ab eius probitatem, debere hoc tm̃ beneficium, quam ulli alteri, uel quod plurimum ei debes ideo plus uelis debere: quod eſt ingenui (ſicut Cic. ait) animi, aut quoniam debere omnia graue eſt, malle te bonis debere, quã indignis, ita enim fit leuius: aut ſi in eum tu a ulla extant beneficia, leuiter admoneas, et parcè, citra exprobationem: declara quantum te deuinciet, quantam habiturus ſis ſemper gratiam, quomodo obſer-

obſeruaturus ſemper tempus, vt remunereris, ſi qua poſſis nõ ſolere te ingratũ eſſe, vel minimis beneficiis, aut officiis, quanto minus futurum in hoc tanto, aut tali tempore. Nam petentis gratitudo vehementer elicit dantis benignitatem. Si cui opus fuerit, habet ea, quæ ſunt in perſona. Petimus propter genus, propter patriam, propter communem ſtudiorum, propter magiſtratum, propter amicos, propter inimicos, præſertim commune, hoc ſe rogare, quid eget, vt communium inimicorum audaciam compeſcat, & calumnias retundat: quod eſt telum accerrimum animo præſertim affecto. Tum ex cauſa, te hoc petere in alimenta ſtudiorũ, liberorũ, coniugis, aut amici pauperis. Ex illo noſſe te liberalitatẽ eius, præſertim in eos, qui ob eiuſmodi cauſas petunt. illum ſcire quid ſit ſtudere, quot rebus ſit opus, aut quid ſit familiam ſuſtinere: ideo didiciſſe miſeris ſuccurrere, non ignarũ mali: Denique ſi nihil ſit in nobis dignũ, ob quod petamus, illũ certè eſſe dignũ, qui det, hoc ei fore pium, honorificũ, laudabile, hoc ſemper ſtuduiſſe, in hoc ſubiiſſe tot labores, paraſſe tot opes, vt plurimis prodeſſet. Et hæc dicentur ambitioſo reuerenter, graui contractè, læto fuſius & hilarius. ſic tamen, vt ne nimium miſeriam noſtram videamur velle oſtentare, & quaſi clamare, dignos eſſe nos miſericordia, vt exiſtimemur imbecille nimis atque impotenter ferre noſtras res aſperas, ſed obniti & reluctari, quantum poſſumus, premi tamen interdum ab illis atque vrgeri. ſic enim natura fert, vt minus miſereamur eorum, quos abiicere ſe in aduerſitatee cernimus, & nimis lamentari ſuam fortunam, tanquã rem indi-

indigniſſimam patiantur : ita ſemper honeſtiores ſunt pro alio lachrymæ, quam pro nobis ipſis, niſi forte ignoſci nobis precamur.

De Epiſtolis Commendatitijs.

PR*o alio quũ petimus, ſi argumentum eſt ſimile ſuperioribus, ad eũdem ferè modum tractatur, quo docuimus. Commendationis vero hæc ſunt præcepta. Primum omnium, vt dignum oſtendamus hunc eſſe illius gratia & fauore dignus ſit vel ex commendato, vel ex nobis qui cõmendamus, vel ex eo ad quẽ ſcribimus. Ex cõmendato, ſi demonſtramus in eo eſſe aliqd, propter quod mereatur diligi, percurrendum per ea, quæ in perſona poſui; nempe genus e quia nobilis : patriam, quia Romanus ingenium, quia feſtiuus, acutus, Græcus, Latinus, Muſicus, Philoſophus, Theologus, vir prudens & multis in negotijs verſatus: aĩum, quia probus, modeſtus, moderatus. & cum primis gratus, ſi quid ei benefeceris, tum corpus, quod agilis, celer, formoſus, robuſtus. Iam externa, quod prædiatus, pecunioſus, gratioſus, apud Regem, apud multitudinem Magiſtratus. Et accommodanda ſunt hæc moribus, atque vſu illius; delectatur cognitione veteris memoriæ, eſt eius peritiſſimus claritate generis hic eſt nobilis, ſtudio armorum, fortis, robuſtus, exercitatus. ſic nonnunquam commendatur nugator nugatori, aleator aleatori, cõmeſſator cõmeſſatori, compotator cõpotatori. hẽt multos agros hic agricola; cõponit, hic optimus librarius: eget miniſtro ad manus, hic diligens, & fidelis, et is qui ſꝑ illũ dilexit, admiratus eſt, appetiuit. natura. n. diligimus illos, à quib. amore, ſumus ꝓuocati. Solent il*

la addi:talẽ eſſe,vt ſi propiꝰ cognouerit,ſit nobis habiturus gratiã, ꝙ talem ſibi hoĩem cõciliauimus: nõ vereri nos,ne mẽdaces in huius laudibus deprehẽdamur, ne vel incutiant nobis aliena peccata pudorem: cautos nos eſſe in laudando,non cenſuiſſe niſi tales commẽdare. ecquid pęniteat eorum, quos ſua cõmendationes eſſet complexus? multo minus huius. quin & hunc omnes ſuperaturum. aut nõ eſſe hũc,huius aut illius ſimilem, commendati quidem, ſed cõmendatione digniſſimi: in illo cępiſſe nos documentum quales demum cõmendari cõueniat. Ad eundum modum alia ornamenta: quæ vnuſquiſque dato exemplo excogitare ſibi poterit vſuſq; ipſe plurima ſuggeret. Ex noſtra parte, ſi nos ille amat. cui ſcribimus. nec fictè ſufficiat aperire, illũ cuius cauſa laboramus, charũ nobis eſſe, & illius negotium magnæ curæ: exponitur ſæpe amoris cauſa tũ vt ille facilius hoc credat. velut intercedere vetus hoſpitium, multa vltrò & citrò beneficia vel officia, affectum à nobis beneficijs gratiſſimum ſe præbuiſſe, nos eo vti familiariter, compluribus locis profuiſſe nõ nunquam vt eiſdem de rebus ab illo diligatur, & ſuũ iudicium adiũgat noſtro prȩſertim ſi quid ille nobis in iudicãdo tribuit; ſin minus afferemus teſtimoniũ eius cui magnã ille fidem habet. charus eſt nobis de eloquẽtia, de ingenio: qđ ille, ſi quid me credis poſſe in hoc cẽſere; habet in numerato, literas Latinas iuxta & Græcas nouit, vt neminẽ uideat Paulus aut Budæus, quẽ poſſit huic anteponere, aut etiam conferre. Solent illa quoque inferri; in hoc homine intelligam quãtum me ames, quãti me facias: da quæſo operam, ut hic quam

pri-

primum quam maximas mihi pro cõmendatione hac gratias agat, habeatque: caue credas hanc eſſe ex vulgaribus commendationibus; non vt alium quemuis tibi commendo hunc, ſed vt ex me genitum commendarem, ideoq. & mea ipſius manu hoc epiſtole exaraui, quod facere cõſueui rarius omnes quibus tecum eſt negociũ futurum, ad me accurrũt, ꝙ ſciant quanta inter eos beneuolentia intercedat, aut quanti ego te faciam, vel tu me: ſuſpiciãtur plurimũ me apud te valere, ꝙ ego eos credere facilè patior; & ne hunc errorem eximã, qui eſt mihi gratiſſimus atque honorificẽtiſsimus nemini epiſtolas cõmendatitias negare poſſum petenti ad te. Habent principes & potentes viri ſigna quædã inter ſe, quibus dignoſcũt, quàm verè & ex animo cõmẽdet, qui ſcribit. nã ſæpe cõmẽdationes dãtur importunis præcibus, nõ amicitiæ aut dignitati perſonæ, nec licet interdũ recuſare. Vnde ſũt illa, Rogatus rogo, Afficio te moleſtia, quoniã affectus ipſe prior, tu quid facto ſit opus, videris, multũ huic homini debes, qui ſic cupit tibi eſſe cõmendatus, vt odio me enecarit, donec id extũderet tãti. ſ. æſtimat, quũ ego diu repugnarim. hæc ſigna epiſtolaria, & Græcis olim & Latinis hoĩbus fuerũt in vſu. Græci σηνθήματα ἐπιςολιμαῖα nominabãt, ſicut eſt apud Gregoriũ magnũ. Cicero etiã ad Q. Valeriũ lib 13. Adycitur nõ ratò cõmẽdatio rei potius quã hominis, vt qđ habeat negociũ iuſtũ, piũ, illi cui cõmendatur magnificum, glorioſum, plurimis vtile, Reipublicæ ſalutare ac neceſſariũ: nos magis laborare in hoc, illius ad quem ſcribimus cura, quã eius quem commendamus, fore eã rem illi honorificã, aut

fru-

fructuoſam: eo beneficio ingentem ipſi fauorem ac beneuolentiam vel vtilitatem parari, aut ipſi eidem, aut ijs quibus optimè cupiat, nempe liberis, propinquis, affinibus, ciuibus. declarabimus quid poſſit is quem cõmendamus, ſuo loco efficere, quid ſoleat, quid eius parentes aut propinqui, quid alij eiuſdem ordinis aut nationis. Si nos ſumus illi cui ſcribimus, chariſsimi, aut non leuis momenti, nequaquam opus eſt prolixa epiſtola, & accurata: breues quidem velut codicilli, & tanquam teſtificatio iudicis ac voluntatis noſtræ ſuffecerint. Sin ſecus paulo pluribus erit diſſerendum, & preces addendæ & promiſſio repenſandi beneficij, quum vſus poſcat. Exempla commendatitiarum ſunt apud Ciceronem & Plinium creberrima.

De rebus eius, ad quem ſcribimus.

IN alterius rebus ſic ſemper ſcribendum, vt videantur nobis curæ eſſe. Si tãtummodo narras, nullo ad eã rẽ apparatu vel arte opus fuerit, ſimpliciter id põt expediri. Si laudas, veriſimiliter id facito: & ea laudato, quæ ſint illi tãquã ſtimulus ad virtutem. Nã inuenire eſt ingenia nõnulla, quæ laude ad præclara opera incitanť, iſtis adhiberi laudem expediet: vt ferũt equũ plus pingueſcere ſi plana manu dorsũ. & clunes ei⁹ demulceas, q̃ pabulo. Sunt contra alij, qui accepta laude, velut mercede, ab opere deſiſtũt: illis ꝓderit laudatio, his caſtigatio vel reprehenſio. Sed quũ rem illi charã laudamus, licebit nobis eſſe benignioribus, ſi tñ ea res exiſtimationi noſtræ nocitura non eſt, nec laudatæ res, vt filio vel amico. Fabellæ, aut geſtæ rei narratio, feſtiuitate condieť, vt multũ abſit a cothurno, & figuris hi

ſtori-

ſtoricis.repet leui lapſu vt placidus riuulus, non rapiè tur vt torrens; nec intonabit claſſicũ,etiam ſi bella referat. Quid in locis ſequẽdũ,docuit Cicero lib.2.de Oratore,& de officijs.1.Eſt & caput apud Quintil.de riſu.item apud eundẽ Ciceronẽ in libris de Oratore. Debet à iocis abeſſe oĩs ſcurrilitas, ne ſordidi ſint & putidi; procacitas ẽt & petulantia,ne virulẽtia ſit magis quã iocus,neu in miſerũ & calamitoſũ ſimus dicaces, neue in probum & grauem virum, nihil eſt facilius q̃ in quemuis dicta dicere:ſed id non eſt cordati hominis, educati ingenuè. Debent ergo adeſſe iocis elegantia, vrbanitas, acumen, & facetiæ:in quibus eſt ſedes riſus? nam in alijs admiratio potius eſt,aut delectatio. Lõga res eſt, de ſingulis horũ præcipere, & hoc loco,quũ eã rẽ neget Cicero arte tradi poſſe,qđ planè ita eſt, quippe tametſi paratur nõnihil vel exercitatione,uel lectione,tamen maxima pars naturæ eſt munus: idcirco cognoſcat ſe quiſque & ſi ad id non eſt natus,ne tentet q dem ſequitur enim neceßario,vt ipſe ſis ridicul9, ſi nõ ſint tua. Qua de cauſa Demoſthenes,cui putãt negatã fuiſſe hanc facultatem,nunquã quod iocum videri vellet,orationibus ſuis admiſcuit. Et ex facetijs ſunt alię breues,quæ in verbo vno, vel duob.certè paucis ſunt ſitæ,quæ dicta nũcupamus,aliæ fuſæ in narratione,atque explicatione rei cuiuſpiã. Illud prius genus à paucis intelligitur,niſi acuto ĩgenio: vnde vet9 illud, Perdidi dictũ,puto,nõ intellexit,poſterius iſtud imperitis auribus aptius eſt. Sunt qui iocũ nec dicere poſſint,nec ferre. Et quoniã vel ſuperbia humani ingenij, vel generoſitate nemo facile fert nouũ ſuperiorẽ: hæque omnes

nes epistolæ, pceptoria, admonitoria, consultoria, adhortatoria, castigatoria, obiurgatoria, tanquam ex alto loquuntur: ideo cōsiderandum accuratè qui scribat, cui, qua de re. Si receptus superior, nihil necessaria erit præmollitio, aut dulcoratio: tanquā si senex et prudens admoneat puerū, aut præceptor discipulum castiget, uel etiam obiurget: uel pater filium, uel frater natu maior fratrem minorem, uel pupillū tutor: uel princeps subditos, aut priuatos magistratus, modo superior. Nā obiurgari. Pop. Romanum à Censore licebit. Questore aut Aedile nescio an liceret. Sed fit interdum publici boni gratia, qui est validissimus prętextus. Sin vero par admoneat parem, vel si superior inferiorem: vel par aut inferior in vna re, superiorem; in alia: vel contra: quemadmodum senex probus iuuenem nobilem, aut locupletem, vel doctus Theologus indoctum Episcopū: hic lenimentis opus erit. Considerandum ergo, vt dixi q scribat, unde sumūtur lenimenta: non esse mirandum si senex, & tot annos versatus in ea re, de qua agitur, admoneat iuuenem; sic illum minores se quādoque admoniturum se id debere facere pro publico munere, qppe qui sit cōcionator, aut magistratus, aut Curio, Tum qđ illi cui scribis, non posse te reticere, quum sit amicus paternus, quū sit velut tuæ curæ commissus pro necessitudine patris, & tua. Ab ingenio non posse te, adductum tanta indole & acumine ingenii aliter efficere, quin admoneas, quin consulas, quæ ad absoluendū numeris omnibus tale ingenium pertineat, desiderari tantum hoc ad summum ingeniū, rogare te vt id quoq; pstet, quod magnū quid et admirabile in eo videamus.

Sic in corpore: formam illius ſpecioſiſſimã, quæ eſt velut muta commendatio, impuliſſe te, vt cętera velis videre conformia, & digna illa pulchritudine. Iam corpꝰ & fortunas, vel adductum te miſeratione diſtorti et deformis corporis, vt cupias illum ingenti pulchritudine animi deformitatem corporis penſare, & quaſi obtegere: tãto etiam futuram admirabiliorem animi pulchritudinem, quando fuerit in vaſe fœdiore: vt preciosã gẽmam in plumbo, theſaurum in fictilibus, ſic Aeſopũ, & Socratem, & Epictetũ in maximo precio fuiſſe. A rebus vitæ: optare te vt tantæ formæ reſpondeant cætęra: aut contrò, ne deſit animus, quum deſit fortuna. Oſtenſio vitij grauior eſt multo. quidam apertam reprehenſionem nõ ferunt, rectam non ſentiunt, laudes figuratas & de ſuis ipſorũ vitijs accipiũt & agnoſcũt: tanta eſt in eis ſuimet ignoratio. Sunt nonnulli eo acumine, vt omnia quorſum dirigantur intelligant: ſed reprehendi ſe tamen nolunt. alij facilè patiũtur reprehendi ſe atque obiurgari, ſed non à quouis. planè uarij ingenijs, vt corporibus, varia eſt adhibenda medicina: qđ animaduertimus etiam ab Apoſtolis ipſis factitatum, in ſtudio illo tam ardenti obtemperandi Deo, non placendi hominibus. Qui ſimpliciter poteſt ſanari, cum eo ſimpliciter agendum. Si laus de virtute, quã non hẽt, prodeſt, laudetur: quales ſunt nonnulli principum, & potentum, & doctorum, atq; ingenioſorum hoĩum. Si non à quouis admoneri ſe patitur, nec tu ſatis magna authoritate fultus, inducas maiorem: dic eſſe viros graues, qui cum in eo magna & multa bona admirentur, hoc vel illud requirant, eſſe qui doleant illum cum ex

ceptione laudari; te uerò ſuccepiſſe illorum negotiũ, ut ad eum ſententias eorum perferres, quod ſit tibi: cũ ipſo neceſſitudo, quod frequenter ſcribas, aut quod ſis coniunctior, conſanguineus, affinis, uetus ſodalis, condiſcipulus, cõterancus, ciuis, ſubditus, cliens, uetus aſſecla, aut horũ filius, uel alioqui neceſſarius. Sin laudibus inſoleſcit ac fit inſanior, atque ad apertã admonitionem eſt uelut aſinus ad liram, ſi omnino curæ eſt tibi eius emendatio, rũpe quod aperire non potes, & diſſeca q̃d ne quis diſsoluere; ſimpliciter aperteq; obiurga, tũ certe functus fueris tuo munere, aut ſi periculum adeundũ eſt, quid amplius aut magnificentius, quam ꝓ optima cauſa? licebit rationes oſtendere, q̃bus impulſus es ad hoc agendum, vt chirurgi declarãt, cur aliquid in ægro corpore vrẽdum aut ſecandum ſit; nihil omninò à te, ſed vel ab illo vel à rebus: quod ſit tam carus, quod tibi commendatus, tuæ curę creditus, vel à parentibus vel à Chriſto, vel à ciuitate: vt malis illũ tibi inimicũ, quam nõ omninò bene monuiſse. A rebus, q̃d illud eius vitium damno ſit multis, quum ſit Epiſcopus, Curio, Magiſtratus, Rex, & in Chriſtiana religione, modo adſit modeſtia, & præſcriptum illud Domini de fraterna correptione, nemo non ſatis habet iuris in quemuis aliũ fratrem. Nam ſi inter eas anguſtias verſemur, vt difficile ſit gratum tẽperamentũ obſeruare, habemus Apoſtolorum exemplum ex ſchola Chriſti, qui recta ingreſſi, Deo curabant approbari, ne quemcumque mortalium offenderent. Quòd ſi omnino profuturus non es, ſed magis irritatione tua & tibi nociturus, & alijs: conſultius erit Camarinam non mouere, non

ſolum ex gentiliũ præceptis, quorum illud eſt: Fruſtra aũt niti, neque aliud ſe fatigãdo niſi odium quærere extremæ dementiæ eſt: verum ẽt exemplo & dictis Seruatoris non eſt prætermittendum, quin aliquid ſp dulcedinis amaritudini admonitionis admiſceamus, idq; à laudibus illius cætera adeſſe abũde, præter hoc dolendum, ſi natura nihil vndique feciſſet abſolutum, quis non miſereatur tale vitium in tali ingenio, aut corpore, aut nobilitate, aut fortunis? Habent conſolationes ſuũ locum, vt alia penè oĩa quæ hic diximus, ſed quandoquidem ex ſingulis delibamus, de illis quoq; eſt aliqd attingendũ. Sumitur ergo conſolatio, vel ab eo quem conſolamur; non eſſe iſtius generis, non decere tm̃ ingenium, vetus ſtudium philoſophię, non probũ & pium, non magiſtratũ, non principem, ſe affligtare, Vel ex rebus, amiſſam rem non tanti eſſe, vt dolorem afferat: nõ eſſe amiſſam, ſed intermiſſam; non perditam, ſed perfectam; nondũ eſſe amiſſam penitus & deploratam ſuſtineamus nos, & expectemus exitum, ne qđ ſapiens cõſulit, miſeri ſimus ante tempus; multa aliter ceciderũt quam metuebamus; plura ſunt quę nos terrent, quam quæ vrgent ipſum, velut patrem, filiũ, aut neceſſariũ ęgrè ferre, ſic mereri abſentiam vel caſum, vel interitum, illi nihil mali cõtigiſſe, imò liberatum ab aſperis & inſuauibus vitę rebus; profectum ad beatitudinem ſempiternam, vti ſpes eſt de vita ſanctè & piè tranſacta, vel de genere mortis tam religioſo, itaq; non illius cã ſuſcipi dolorem hũc, ſed noſtra; nec oſtendere nos illũ amare, ſed nosipſos, optimũ illi fuiſſe mori, anteq̃ fieret peior, exoſus erat plurimis, aut miſer morbis, egeſtate,

ſtate, infamia, aut periculum euidens, de his magnus metus de illius moribus; aut tunc opportuniſſimũ mori, quam iucundiſſimum viuere, aut eo tempore, quum nihil erat amplius viſurus boni propter conditionem vel publicæ fortunæ, vel priuatæ. Iã ex comparatione rei cum homine; non eſt regis dolere pecuniã amiſſã, à quo animi magnitudinem, contemptum pecuniæ, tanq̃ ab exemplari quodam cæteros cõuenit doceri; vel eũ facilè recuperaturum quod amiſerit, alios nõ item nõ eſſe magni viri, nõ philoſophi, frangi humanis caſibus non flere filiorum mortem, quũ ſciat genitos eſſe mortales; nõ cauſam amicorum: poſtremo ſi gentilis dixit, Placeat homini, q̃cquid Deo placuit; num nõ æquius, & à Chriſtiano cogitari, dici, præſtari? nõ decet humanam excellentiã inferiorem facere ſe ijs rebus, quarũ natura eſt domina: hoc enim eſt ex regina fieri ancillã. Ex animo eius: ſuperfluus eſt dolor, ex quo nullũ peti põt remedium: cõſilium vnde petitur, violentia doloris perturbari. Tũ exempla adducenda eorũ, qui ſapiẽter, q̃ fortiter pertulerunt impetus fortunæ; ne hoc factu videatur vel impoſſibile, vel difficile. Sed transeamus ad alia. Ea quæ ad vtrumque ſpectãt, eo temperamento tractabuntur, vt erga noſtra præſtemus modeſtiã, erga aliena curã, fidem, diligentiam amorem, sũt tñ hic expoſtulatoriæ, & inuectiuæ. Expoſtulamus nõ recte eſſe quid ab aliquo actum, potiſſimè erga nos, aut res nobis charas. in quo genere imperiosũ eſt nimis malefactum dicere, & rem atrocitate verborum iactari; ciuilitatis verò & comitatis, cauſam addere cur queraris, cur illud recte factum non ſit, & huc ſe oratio con

vertat, vt velis in poſterum non fieri, magiſque ſolicitus videaris eſſe de futuro, quam dolere de præterito. Sub expoſtulatione continetur exprobatio, turpis quidem illa, & uix tolerabilis, etiam quũ maximè neceſſaria. Ideo auerſa eſt vna gratiarum à duabus, reliqua illã ſpectant; per ꝙ ſignificatur, meminiſſe debere, qui accipit: obliuiſci, ꝗ dedit. Sed interdum compellit nos ingratitudo aliena, ad exprobãdum, vel pertractos neceſſitate, vel dolore. Itaque ſic erit moderãda res, vt nõ nimium beneficium tuum amplifices: volũtatẽ potius & animum benefaciendi declares ingentem fuiſſe. Si ita libet, commoueri te quod huic tuo animo animus illius non reſpondeat, præſertim quum tu egeas, & illi adſit copia gratiæ referẽdæ: aut quod meminerit beneficij, qui tacuerit, qui diſſimularit, quum de honore aut commodis tuis ageretur: ſeu, quod omnium indigniſſimum, & pro beneficio maleficium repoſuerit, qui læſerit adiutus. Expendendum cuiuſmodi fuerit beneficiũ; nam quæ ad animum ſpectant, eruditio, conſilia, educatio, minora habentur vulgo, quàm quæ ad corpus aut fortunas: quum maiora ſint reuera, & honeſtius exprobrentur: maioreque ingratitudine, ſe alligat, qui præceptori aut educatori gratiam non refert, ſi poteſt, q̃ qui illi, a quo eſt locupletatus. Illud quoq; diligenter cauendum, ne quis vitio communi in æſtimandis ſuis beneficijs fallatur. hoc enim non natura indidit ſed praua cõſuetudo, vt vnicuique ſua videantur magna & pulcherrima, aliena non item. In exprobatione minari ſubtracturũ ſe ſua beneficia, nõ eſt uiro dignũ; ſed potius, ſe, nõ fore ingrati ſimilem. nec illius uitio immutatum

iri suam probibitatem; sed daturũ operã, vt nõ minus posthac sit bonus & beneficus: quin illi etiam benefacturum, quoties existimarit beneficijs suis illi fore opus. Inuectiuæ, si ad insectationem vitii, aliosque ab eo gñe vitæ deterrendos parãtur, ferendæ sũt, alioqui nõ video qd iuuet acerba rabie congerere conuicia, & maledicta, caninamq. facũdiam exercere; iuxta verbum Appii Claudii. Ergo mordeat vitia, hoĩ quantum fieri poterit parcat. Interdum pp vitium impetitur homo, præsertim obfuturus nisi coerceatur: vt impius, vt hæreticus, tyrannus, latro, ueneficus, fœnerator, fur, corruptor eduliorum, calumniator, seditiosus, imperitus, aut malus institor. Colore hoc, excusantur tot orationes Ciceronis in Pisonem, Gabiniũ, Verrẽ, Vatiniũ, Catilinã, M. Antoniũ: tot Demosthenis in Philippũ, Aeschinẽ, Midiã: idcirco ad ea cõmoda videatur dirigi tota oratio, quæ erigere conamur, illo homine deiiciendo, velut nobis charissima sint, ac curæ maximæ: ut religio, patria, ciues, literæ, disciplinæ. Res quæ ad vtrumq. spectant, sicut fide ac sedulitate sunt tractandæ, ita et scribendæ quoq. vt hæ virtutes in illis eluceant. quemadmodum nullam conuenit eße epistolam, in qua nõ virtus aliqua aĩ, & grata q̃dam indoles existat, & quasi se proferat alibi ingenuus pudor, alibi reuerentia, alias comitas, aliàs humana q̃dam et moderata grauitas, tũ fiducia erga amicũ, fides, bñuolentia. honesti respectus, etiam aduersus inimicos placiditas, & animi quædam æquitas. Vehementer cauendum est, ne quem epistola offendamus: id namque altissimè insidet, propterea quod epistola nuda est omnino, ac patronis destituta:

purgator, lenitor, nullus ei adeſt: illi autem relegendo augetur vulnus, & maledictũ interpretando fit acerbius, nemoque eſt, qui non indulgeat ſuis doloribus, eoque multo eſſe maximos arbitretur, vt ſna ſunt cuiq; cariſſima. Sic videmus arctiſſimas amicitias vno ambiguo epiſtolę verbulo diremptas: Quę à me rebus me dijs ſint dicta. nam in virtute & vitio quid ſenſerim, dudum aperui. Res alienas ſub narratione licebit compræhendi.

DE RESPONSIONIBVS.

DVo ſunt in reſpondendo ſpectanda potiſſimũ, q̃ ſcripta ſunt ab eo cui reſpondeamus, quo aĩo. Poſſunt.n. res eßе malæ, aut parum rectæ in aĩo bono tum condimentũ eiuſmodi, vt facilè condulcoret amaritudinem rerum laudabitur animus, res ipſas pro illo excuſabimus, nec res poſſe nobis moleſtas eſſe, quarũ talis ſit fons, à quo dimanent, mentem videlicet, & leniter atq. amicè admonebimus, vt verbis paulo deinceps circũſpectius vtatur, ne tã integer aĩus a ſiniſtre interpretantibus per verba parũ cautè ab eo prolata, gratiam ſuam amittat. Sin res ſint bonæ, diſſimili aĩo, quid oberit animum ex rebus cenſere? Itaq. dicemus nõ dubitare nos de animo, quãdo quidem indicia eius, nempe res ipſas tales intuemur. hic res cõmendabuntur. Qđ factũ eſt a Cicerone in epiſtola quadam ad M. Antoniũ, de reſtitutione. Sext. Clodij, & de liberis P. Clodij. res ſi ſint in noſtram vtilitatem, agemus gratias, & agnoſcemus amici partes & ſapientis conſultoris: ſi in rem illius, & de nobis eſt dicendum, id fiat parcè omnino ac modicè. nã illud Traſonicum eſt, Or-

na munus verbis. Cōuenit huic loco verborum q̄dam comitas. illum cui damus, maiora eſſe ꝓmeritū: dolere nos. qđ tam effuſe, tamq. ambitiosè ſimus rogati hoc ſolū facere, qđ nihil magis licuit vel ꝑ facultatem nr̄am, vel ꝑ illius volūtatem. quo ſchemate vtitur nonnūquā Plinius iunior; vt de Cornelia, & de Silla Quintiliani, prorſum de nobis ipſis dicemus modicè ac moderatè, et noſtras laudes extenuabimus, vt reuera mortalium oīum bona perexigua ſunt & pr̨etenuia. Quæ verò nobis tribuentur, referemus vel in benignitatem dicentis, vel beneuolentiam erga nos; quæ habeamus vitia, hæc eſſe nr̄a propria; quæ aūt bona, eſſe Domini; magis teſtabimur nos laudantis probare animum, quam iudicium. haud falſo amorem fingi cæcum; probitatem illius omnia æqui boni facere, atq; etiam laudare nulla laude digna, qđ ſi is error amicitiam nobis & beneuolentiam eiuſce viri conciliarit, ſeruetur ſanè per nos, neq; eximatur cā rei adeò nobis gratæ. malle nos ipsū in parte falli, quam in contrariam rem factum ſentire. Interdū pudoris eſt ingenui, nihil penitus ad laudationem reſpondere, præſertim ſi qua ſunt alia de quibus ſcribi poſſit. Sin res ad neutrum ſpectent, aut ſint leuiculæ, declarabimus gauiſos eſſe nos illa cognouiſſe. niſi cuiuſmodi ſint, quæ ægritudinem animi cieant, vt de bellis: interim agemus gratias, vt D. Bruto Cicero, qđ non paſſus ſit etiam leuicula illa à ſe ignorari. Viciſſim & nos ſcribemus ea; quorum eſt ipſe cognoſcendi auidus. vt literato de literis, alijs de bellis, alijs de reb. magnis, inuſitatis, ridiculis, vt erit cuiuſque vel ſtudium, vel ingenium. Inuectiuæ ac maledicæ epi-

ſtolæ vel in totum rn̄dendum nihil eſt, vel non illico, vbi eſt reddita, ſed ſedata commotione illa aī, & refrigerato ardore illo perturbationis, tum expendendū quid obiiciatur, & quibus de cauſis. Si merito rep̄hendimur, non ſolū parata eſt venia, ſed laus etiam confitenti delictum, & cognoſcenti, quum licuiſſet defendere. Sin immerito, magna quæritur ex animi moderatione cōmendatio, quod nō remorderis morſus. dabitur rōnem patefacere, cur quicquam uel feceris, uel dixeris: conuicia uero ſines præterfluere. Si quis oſtendat retinere ſe modeſtia Chriſtana, ne maledicta regerat. & ſpectare potius quid ſe deceat, quam quid illud: rem faciet pulcherrimam, mō ita ſentiat, ne aliud gerat clauſum corde, aliud ore apertum. Chriſtus nō fallitur cui mentes noſtræ ſunt perſpicuæ: nec eſt quicquam æquè generoſi pectoris. atque remittere iniuriam Chriſtianis certe exemplum ſit Chriſtus, & ingenti mercede: nam ſic quoq. remittuntur noſtra ſcelera a Deo. Porrò quē admodum epiſtolis moderata quædam comitas ſuaue condimentum præbet, ita redundantia comitatis palatis quidem ſanis inſulſa eſt penitus ac ingrata.

DE PARTIBVS EPISTOLAE.

QVod oporteret ſignificari Epiſtola, & eum qui mitteret, & eū cui mitteretur: idcirco Latini & Græci oēs ſtatim initio ſcribētis, & eius cui ſcriberent, nomen ponebant, prius eius qui ſcriberet, hoc .n. natura prius eſt, indicari quis faciat, quam cui. Nā ſolutionem illā, Parmenonē ſūmū ſuū plurima ſalute īpertit Gnato: vel metrū excuſat, vel paraſitica cōſuetudo: q̄ etiā illic, ſicut in aliis, oīb. ad riſum captandū ludebat. Donatus

natus comicum eſſe dicit, ac feſtiuum & paraſiticæ elegantiæ. Sic ēt in Perſa Plaut. Salutem dixit Toxilo Timarchides, & familiæ. Nec minus eſt paraſiticum, Domitiano Martialis Salutem. vel certè inſolentiſſimę arrogantiæ principis, quid id exigebat. Excuſat Auſonius ad Paulinum, qđ nomen illius præpoſuit ſuo; Paulino Auſonius, metrum ſic ſuaſit, vt eſſes Tu prior, & nomen p̄gredere meū, Nomen in calce Epiſtolæ ſcribere natum eſt ex ſubſcriptionib. quas olim principes addebāt diplomatib. quarum meminit Suetonius in Nerone. Poſt vbi acrius inuaſit animos oſtentatio nobilitatis, vnuſquiſq; affectauit videri ortus regio ſanguine, & regios mores vſurpare, tanq̄ ſibi gentiles et patrios. Alij exiſtimant moderationis eſſe, poſtremo ſe loco nominari, quam fatuè, quaſi minus honeſtum ſit, quicq̄d vltimum. Nonne aīo legentis primum oīum occurrit, qui ſcribit? quod ſi penitus poſtremus eſſe cupit, ne ponat initio vel ego uel uerbum primæ perſonæ. Sed hæc ſunt ineptiſſima, quæ conantur rerum naturam inuertere, natura enim primum in quocūq; opere facientem conſtituit. Quæſo, quid abſurditatis hēt ſi is prim⁹ occurrat oculis, q̄ primus occurrit animo & cognitioni? imò quantumcunq; abſcondas te. & in angulum cartę ſecedas, reſoluta epiſtola, ſtatim à primo legeris: niſi iā antea ſciat, qui legit, à quo mittat̄. Epithetis parcebāt prorsū, addebāt ſolū, ſi q̄d muneris gereret, & cui ſcribebat̄, & q̄ ſcribebat M. Cicero Imp. Cn. Pompeio Magno Proconſuli, M. Brut⁹ & C. Caſſius p̄tores, M. Antonio Cōſuli, Cicero decimatertia Philippica litteras recitās M. Antonij, Antoni⁹ Hircio & Cæſari; neq. ſe Im

peratorem, nec Hircum conſulem; nec proprætorem Cæſarem, ſatis quidem hæc ſcitè. Deponere alienũ nomen ipſe maluit, quam illis ſuum reddere. Ab alijs abiectis abſtinebatur prorſum. Itaque nos vſurpabim⁹ noſtræ quæ ſunt profeſſionis, aut functionis: Senatori, Cõſuli, Quæſtori, Epiſcopo, Presbytero, Curioni; cętera ex praua conſuetudine riſum potius aut faſtidiũ mouent, quã ornant. Quid, quod pręſtabilius eſt tãtum illum exiſtimari, vt appoſitis non ſit opus: in tanta claritudine nominum ſuperflua ſunt illa, vtraque lingua doctiſſimo: Theologo ſummo, viro clariſſimo neq; enim libris M. Tullij adijcit quiſquam, Oratoris facũdiſsimi, vel Ariſtotelis Philoſophi acutiſsimi. itaque deprehenſum eſt nihil eſſe grauius, aut decentius, quàm ad Cæſarem ſine adiecto ſcribere aut ad regem, quod prudentibus & ingenioſis viris valde probatur. Quintiliani & Plinij temporib. cæpit recipi mos, vt oĩbus ferè, niſi apertè eſſent inimici, adderetur Suo. Martialis de charta epiſtolari: Seu leuiter noto, ſeu caro miſſa ſodalis, Omnes iſta ſuos carta vocare ſolet. Priſci tantummodo filios, aut vxorem, aut ſeruos, aut libertos dixerunt ſuos: vt Cicero Terentię ſuæ, Tulliolæ ſuæ, Tironi ſuo. Sũt inter homines amicitia coniunctiſsimos quædam interdum amoris ſignificationes. etenim beneuolentia tanquam ignis ſæpenumero cohiberi nequid, quo minus foras ſe proferat, & patefaciat. vt Gocralus Tamaius Huguttioni vnice charo, Idiaqueus Hieronymo Auguſtino dimidio animi ſui, Stracelius Crucio.

Et quod de amico Ariſtoteles dixit, alteri ipſi. Exitur ad alluſiones veteris memoriæ, de fabulis aut hiſto

rijs

rijs petas Hiero. Ruffaldus Viui Ionathæ ſuo, Patus Barchero Achati ſuo, Theſe° Pylandi ſuo. Similes quoque alluſiones ad alia rerũ gña poſſunt tranſire. Nico. Borbonius Gulielmo Budæo Varroni hui° ætatis, Aſtudillus Io. Galidę alteri Ariſtoteli. Bonamic° Alciato, ideſt Vlpiano ipſi. Regin. Polus P. Bembo poliſtori nõ multo M. Tullio facundia minori. Velius Iacobo Sadoleto M. Catoni integritate propè pari (nam moderanda ſunt immodica) pene dixerim alteri Paulo. Quę ſi rarò ponantur, & ad dignos, tum ab ijs, qui credantur poſſe iudicare, plurimum adferũt authoritatis illi, ad quem ſcribuntur. ſumuntur.n.ceu quædã teſtimonia. Sed periculum eſt, ne hęc ſicuti alia oĩa honoris ſigna, vel ambitione, vel puerſitate ingeniorum ad indignos transferantur, & prorſus fidem amittant. Amoris autem notæ magis ſalutationi, quã ſuperſcripioni congruunt, ne frigidæ atque ineptæ videant̃ pleriſque, quorum natura fert, vt ſolis ſuis capiantur, aliena eis oĩa ſordeant. Alteræ quoq; ille exiſtimationis et dignitatis, inuidię ſunt obiectæ: quæ res pręclaras ſolita eſt ſemꝑ inuadere, ac arrodere. Sed nomina tñ dignitatum, & munerum publicorum, diligentius ſunt ad amicos in ſubſcriptione: & explicatius ponenda, q̃ in ſalutatione. intus enim nos ſumus ſoli, & grata eſt vtrique ſimpelx illa, atq; extra fucũ oẽm familiaritatis. foris verò multos hẽmus ſpectatores, oculos, & cẽſores. qb° eſt ſatis faciẽdum. Sed nos reliqua propoſiti exequamur. Porro aũt vt comitatis eſt, imo verò humanitatis congreſſib° ſalutare, ita ſtatim poſt noĩa bene p̃cabãtur. Latini optabũt ſalutem, Salutem dicit, Salutem P. dicit S. dicit P. Græ

ci alias, εὐπράττειν, & εὐδιάγειν, quaſi felicitatē: alias χαίρειν, quaſi gaudere. Romanus ſalutē dicit, & initio ſtatim bonum verbum ſalutis, bonū erat omen ſermonis. Pro ſalute vtuntur nonnulli ritu Apoſtolico, gratia & pace Domini Ieſu, quæ profectò, ſalutem omnē exuperat, nec quicquā poteſt homini optari ſalubrius. Licebit nōnunquam, et alia precari ex argumento Epiſtolæ: vt bonam mentem, bonam frugem, ſenectā facilem, proſperum cōiugium, ſicuti eſt apud Horatiū, Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinouano, Muſa rogata refert ſocio comitiq; Neronis. Eundem admodū illud & iam vetus: Si vales, bene eſt, à Seneca conuertitur, Si philoſopharis, bene eſt, valere enim hoc demū eſt, ſine hoc æger eſt animus, corpus quoque & ſi magnas habet vires, nō aliter quam furioſi aut phrenitici validum eſt; & alia epiſtola, Si vales, et te dignum putas, qui aliquando fias tuus, gaudeo. Illa verò manuū oſcula pro ſalute, obedientiam, sūmiſſionem, & eiuſmodi barbaricæ ſunt vel imperitiæ, vel arrogantiæ. qd.n. illa optas pro ſalute vt tu manus illius oſculere? egregia profectò ſalus, et magnopere expetenda. Sūt apud Ouidium genera q̄dam ſalutationum feſtiua, & argu ta, vt, Quam niſi tu dederis caritura eſt ipſa ſalutem, Mittit Amazonio Creſſa puella viro. Mittit & optat amans, quo mittitur, ire, ſalutem; hoc modo poſſent multæ confingi: Salutem dicit, qualem ipſe non habet, ſed optat: Salutem mittit. Salutis expers: Salutem mittit, quæ vtinam eo perueniat, quæ poetis conceduntur. item adoleſcentib. tum affectib. commotis. Viris āt grauib. nō ſunt ſatis cōgruentes, quos nec decet ludere, nec

animi

aĩ moribus percelli. Mirantur nõnulli: cur ſcribens de ſe, tertia vtatur perſona, & continuo prima, vt Cicero Lentulo ſalutem dicit. Ego oĩ officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio oĩbus. ea de cauſa exiſtimãt, titulum illum epiſtolæ non fuiſſe partem, ſed à tergo epiſtolæ ſubſcribi ſolitum, admonendum tabellarium, cui nam eſſet redditurus. Nos adhuc facimus, ideoque iam multi titulos epiſtolæ superſedent præponere. Sed fuiſſe eiuſmodi titulos epiſtolæ & in exordio ſcriptos, multis & euidentibus argumentis põt planũ fieri. Primum quoties Cicero, Salluſtius, Cæſar, Demoſthenes, & alij epiſtolam alicuius referunt, vel ſuam vel alienam, ſic exordiuntur. Antonius Hircio & Cæſari. Lentulus Catilinæ ſalutem, L. Catilina Catulo S. Cn. Pompeius Domitio S. Βασιλεῦς μὰκεδόνον φιλιππως ἀθηναιων τῆ βουλῆ τῶν δημω χαίρειν. Ouidianæ epiſtolæ idẽ illud hñt initium, & ſi more poetico variatũ. Quid attinebat, ſi illæ tabellario ſcribant̃ in hiſtoria referre? quũ ſatis fuiſſet dicere, epiſtolam eſſe illius ad illum. ſed nimirũ epiſtolã integrã volebãt ſubijcere ab initio ad calcẽ, Cicero de lege Agraria: Is uidelicet anteq̃ ueniat pontũ, literas ad Cn. Pompeũ mittet, quarum ego iam exẽplũ ab iſtis eſſe arbitror. P. Seruilius Rullꝰ tribunus plebis, Decem uir, S. D. Põpeio, Cn. F. non. n. credo aſcripturum eſſe Magno: non vr̃, id qđ imminuere lege conatur, cõceſſurus. Sed aptiſſimè primo li. Epiſt. Cic. Valerio Iuriſconſulto. S. D. cur. n. hoc tibi non gratificer neſcio: præſertim quum his temporibus audacia pro ſapientia liceat vti. Non videtur ſalutatio poſita à tergo, alioqui quomodo id ſcripſiſſet Cicero. Cur

enim hoc tibi non gratificer? quum nihil adhuc de iuris prudētia dixiſſet. Plutarchus in Demoſthene ſcribit inuentū in libello Demoſthenis initiū Epiſtolæ ei⁹ ad Antipatrū regem Macedoniæ, Demoſthenes Antipatro: nec aliud q̃cquā. Liuius lib. 34. de epiſtola Syracuſanorum ad Marcellum: Prætores Syracuſani Marcello ſuo S. tum ſecundum ſalutem, vt ſolet rectè eum atq; ordine feciſſe, &c. & in iure ciuili de negocijs geſtis, Henſenius Apollinaris Iulio Paulo S. Et in ſummo adſcribi ſolitum hunc titulum, declarat Lucianus in Paraſitico: Quin & illud, inquit, mihi, perridiculum vr̃, ſi in epiſtolis in ſummo, quemadmodum ſolemus ſcripſerimus, Simonidi paraſito. Deniq; nulla eſt ueterum epiſtola, q̃ non titulum illum habeat, ſiue ab authore ſuo poſita, ſiue ab alio citata. Si is titulus tabellario erat adſcriptus quū mitteretur, certè nihil fuit neceſſe addi, quum ab illo referretur, aut ederetur ab authore, ſed hac de re argumentorum ſatis: quæ eo adduxi, q̃ non quilibet de plebe, ſed docti nonnulli hoĩes ſunt in contraria ſn̄ia & ita contendunt fuiſſe; quemadmodū ipſi opinantur, ſolū ob tertiam illam perſonam. Dicit, nec conſiderant, nō ſolitos priſcos illos hoĩes noĩ ſuo primā addere perſonā; etiā de ſe loquentes, ſed tertiam; ut in rationibus & contractibus. P. Scipio fatetur ſe debere, uel accepiſſe, uel recepit daturum ſe, aut quid ſimile, potius quam, Ego P. Scipio fateor. Inſecutis deinde ſæculis receptū eſt, in prima perſona dici; porrò epiſtolæ antiquiſſimā conſuetudinem retinuerūt. Sed trāſeamus iā ad reliqua propoſiti. Fuit olim mos uetus, quem Seneca uſq; ad ſuā ætatem ſeruatū ſcribit, epiſtolas ſic

exordiri. Si vales, bñ est, ego quoq. valeo. Plinius Cæcilius Fabio Iusto. S. Olim nullas mihi epistolas mittis. nihil est, inquis, quod scribam: at hoc ipsum scribe nihil esse, qđ scribas. vel solũ illud, vnde incipere priores solebãt. Si uales, bene est, ego valeo. Id varijs modis enunciabatur. Si vales, valeo: si vales, gaudeo, equidem valeo. Dolabella Ciceroni. Si uales gaudeo, equidẽ valeo, et Tullia nostra rectè valet. Et Cicero. Terentia minus bellè habuit, sed certò scio iam conualuisse eam. L. Luceius Ciceroni: Si vales, bene est, ego valeo sicut soleo, paulo etiam deterius quam soleo. Lepidus Sen. & Po. Romano. si vos liberiq. vestri valetis, bene est ego quoque valeo, Interim non adijciebant quicquã de se, quũ non rectè valere volebãt significare, animo presertim. aut sibi esse curæ illorum salutem, suam non item illis. vt Metellus Ciceroni. Si vales bene est. Cicero Metello. si tu exercitusque tuus valetis bene est. Quæ particula abijt ex vsu, sicut illæ in orationibus, Iouem ego optimum Maximum. sed non ita, quin addi possit, & aliquando debeat, ornetque epistolam.

De ordine Epistolæ.

ORdo in Epistolæ corpore nullus est certus ꝑ re nata scribendum, & exordiendũ vndecunq. libuerit, nihil simplicitate illa iucundius inelaborata. Cicero quum narranda habet multa, non est valde sollicitus, quod primũ faciat, quod secũdum, promiscuè spargit & refert, ut veniunt, in mentem, prius vbi est absolutum, adiungit quodcunq. est collibitum, ex abrupto. Itaq. & reuocat se crebro, & a se rogat: quid ẽt? quid amplius? quod præterea? Ergo sic interdum narrat,

vt nisi prius rationem cognoris difficile sit distinguere, quod prius sit, quod posterius. Id uero si quis velit euitare, & narrare distinctius, ex pceptis narrationis petat, quemadmodũ sit acturus. Iam veluti quædã vincula poteris adijcere, quæ priora posteriorib. cõiũgant. Habes de hoc, accipe nunc de altero. Audisti de Britannia, audi nunc de Italia hactenus de bellis, iam ad literas. de Republica satis, nunc de priuata nr̃a. Cicero. Sequere me in campum ardet ambit⁹. &c. sed quum ad psuasionem tendit epistola, maiore artificio erit opus, & quanã via exequaris, ex arte sumito: quin & a primo sunt iam nobis exposita nonnulla. In r̃ndendo prõptissimũ & commodissimum est, ordinem eius cui r̃ndemus, sequi. Sed fit non raro, ut expediat, q̃dam anteuerti, sine quibus pgredi non poßet epistola, & frustra iactarentur multa uerba, illo impedimento obiecto, qđ statim est amoliendum; vt si quis in calce, aut medio epistolæ ingratitudinis aut maleuolentiæ accusetur: huic.n. occurrendum est ante oĩa, nisi fortè ex r̃nsione ad alia facilius diluatur crimen. Exempli gratia. Garsias. Arabianus Nicolao Valdauræ suo S. Velim cures mihi tapetes aliquos ad ornandum cubiculum. Symon a manu meus annumerabit tibi pecuniam eamque in rem mittes aliquem ex tuis, quo fiat tibi negocium leuius. Nam etsi mea in te sunt officia nonnulla, tu tamẽ pro me grauaris quicquam facere, nisi vt multo sit leuissimum. Valdaura Arabiano suo S. Ex quo te Louanij habitare velle cognoui, quod velim tibi bene vertere, non destiti, quæ ad instruendum tuum cubiculum pertinerent cogitare, & lintea prouidi, de quo testis tibi

bi erit tuus Symon.et aulæa, tametsi q̃ me uelut ingratitudinis apud animum tuum vel accusas, vel,q̃d indignius est,damnas. quam suspicionem malim tibi rebus ipsis eximi, quam verbis. Itaq. dabo operam,nõ ut leuissima ꝑ te suscipiã,neq.n.tu es ita de me meritus.sed ut leuissima mihi fiant.quæcunq.pro te suscepero.Incidit nõ raro, ut ex occasione uerbi aut dicti alicuius ad caput aliud rñdeamus longe dissitum,etiam quũ priores scribimus; hinc venit in mentem mihi,ex hoc verbo uel dicto admoneor, vt de hoc aut illo dicã.& quia mentionem feci de cõcilio,scito Põtificem,et Cæsarem magnis & longis consultationib. concilium aliq̃d moliri. Sed ut est genus hoc epistolare cũ primis liberum, licebit ét ab vltimis exordire respõsum. vt Cicero fecit ad Quin.Cornificiũ li.epis.12. Sũt molles quidam transitus,& lepidi ad continuationem sequentiũ, vel eorũ q̃ sis oblitus. Mane paulisper,nam est aliud quod adiiciam non grauabor hoc quoq; adscribere ĩ tuã uel Maluendę gratiam;quæso ne graueris hoc quoq.legere.iam iam obsignaturo uenit mihi in mentem, q̃d præteritum minimè oportuit:sed quam penè exciderat mihi, quod erat præcipuum?quam multa scripsi,qui oblitus eram id q̃d iure futurum fuerat primum.Leue est quod ascribam sed non omittendum tamen.Cicero plerumq.nihil horum curat. Ad extremũ literarum addi solet,si quẽ aut salutatum aut resalutatũ volumus, aut si qui eos, ad quos scribimus,aut eorum amicos vel notos salutarent,resalutarentur,Atticæ & Pyliæ.S. Dionysiũ velim saluere iubeas.Terentia tibi S.D. Pyliæ & puellæ Cęliciæ bellissimę S.dices, Saluebis à Cicerõe nr̃o Cicero

ro tibi P.S.D.Hinc,vt digredientes , bñ precãtur mu-
tuò.id.n humanitas docuit:litterarũ exitus fęlix est o-
men ut ĩgressus . Græcis est ἔρρωσο,quasi Vale:qđ etiã
Latini,tũ & Salue.Catilina apud Sallustiũ: Per filios
tuos rogamus aueto, puta ex ꝑturbatione aĩ & tumul
tu,ĩ quo scribebat.qn ẽt, Cura ut ualeas,fac ualeas: si
me amas,valetudinẽ tuã cura diligẽter,Vale ẽt atq.ẽt
& Salue mi Tyro. Hæc vetera.sed illa aptiora usui ui
tæ,& magis ꝓfutura:Christũ ꝑcor,ut q̃cunq. egeris,se
cũdet,& fæliciter tua oĩa sinat euenire:seruet te Dñs,
pax et fauor Christi sit tecum.opto tibi bona mentem.
Aegidius Calentius reliquit epistolia haud sanè absur-
da,in quorum calce pro uale , addit sꝑ congruens argõ
verbũ si quẽ aduocabat,Curre,vola:si cui nũciabat lę
ta,Gaude:sin tristia,Plorato.Quiddã ĩterdũ simile fe-
cerũt veteres,sed nõ erat ĩ eis ꝑpetuũ,vt in isto. Cicero
D.Bruto:Vince,& vale. Fabricius Pyrrho:Tu,nisi ca
ueas iacebis.Sed bñ ꝑcari eis multo decentius, & con-
gruẽtius.Postremò qm̃ è re est illũ cui scribas,& vnde
& qñ epistolã dederis, cognoscere ; locus & tp̃s ascri-
bebanť.Locus hoc mõ.datum Lucæ,scriptũ in castris,
vale ex castris,ex vrbe Capuæ,Data apud Valẽtiã, in
vrbe Valẽtia,Louanij,Lutetiæ,ex rure.Epist. inqt Ci
cero datã a trib.tabernis,ex castris, ad imã Cãdauiã ,
Cicero T. Antico ex rheda scripsit,& de phasello.Ex
tp̃e cognoscit,q̃ epistola prior sit,quæ posterior . hinc.n.
haud rarò voluntatũ pẽdent & sñiarũ interp̃tationes.
quẽadmodũ in edictis,legib.diplomatib.Principũ.Au
gustus horas quoque epistolis adscribebat , vt est apud
Suetonium.Annos illi consulum nominib. denotabant.
qui-

quib. fasti signabãtur, & acta oĩa tum priuata, tũ publica. Vnde illud Iurisconsultorum. Ne instr̃m fiat sine die & consule. In epistolis amicorũ rarius adscribebant, nisi rem contineret dignã, ob quã id facerent. Athenienses habebãt suos ἄρχοντας, Græci Olympiades, alii alias notas tpum. Nec solũ tp̃s p̃termittebant, sed etiã locũ, quũ nihil referebat addi, uel qa iã is sciebat cui scribebatur. uel rõ materiæ non poscebat. Neq; uero in loco, & tpe & salutatione erat ullus ordo certus. sic.n.scribebãt: Vale, Romæ, Nonis Iunii. & Vale Nonis Iunii, Romæ, & Nonis Iunii, Romæ, Vale. Si quid uel exciderat, uel ueniebat in mentẽ ut adderent, sine p̃fationib. id faciebãt, rursus apponebãt Vale, qđ si iterũ liberet qcquã ad scribere, faciebant ad eũdẽ modũ, Iterũ, uel tertio Vale: itidem quoties placeret. cuius rei exempla sũt cũ alia pmulta, tũ in primis apud Ci. 13. ep. ad Atticum. Sed nos piectis veterib. vtemur nr̃is. olim illi, vale Quinquatrib. Vale Rubigalib. Vale Vulcanalib. Floralib. qn nos ẽt. Vale natali Seruatoris, Virginis mr̃is, feriis D. Martini, conuersionis Pauli. Nisi forte pudet ac pœnitet nos nr̃orũ diuorũ, ad quos nulla est illorũ deorũ cõparatio. Pro calendis quoq. Idib. Nonis expeditius est diẽ mẽsis ascribere, quinto Ianuarii, sexto Nouembris, crepusculo diei, gallicinio noctis, multo mane, bñ mane, de media nocte, de medio die, in ipso feruore diei, in rigore noctis media, aut extremæ Romanis consulib. & Atticis ἄρχουσι fælicior computatio, a nato Dño Iesu, aßertore gñis humani Anno à Xp̃o nato, ab orbe redempto, a filio Dei ĩcarnato, à partu uirginis. Si uaria sĩt scripta, ꝙ maximè infixũ volem⁹ niti,

id

id repetemus post Vale, vt Vale mi Honorate & literas cole q̃ te principem virũ efficient nr̃æ ciuitatis, Vale ẽt atq. ẽt mi Poblaci, & cura vt ipse è cholica mea recte valeã. Verũ loci & tpis assignatio longe vr̃ mihi aptior & congruentior negocijs, si statim in capite literarum denotentur, qppe si dies aliquot aßeruet̃ epistola, et res varię cõtingant, maxima sequet̃ perturbatio, q̃ res, quo tpe acciderit. sin vero pegrinemur, nec vnde scribamus scire poterit. Ad effugiendam confusionem hãc negociorum, Cicero q̃nque media epistola signat diem: hæc scripsi ad q̃nt ũ Cal. Iunias. Itaq. commodissimum mea sñia, & ad euẽtuũ rerumq. oĩum diuersitatem in primis appositum fuerit hunc in modũ aut simile quempiã scribere. I. L. Vives G. Budeo suo facilẽ senectã optat, Burgis tertio die Ianuarij, 1533. Cęsarẽ narrant eße Mãtuæ. profecturũ Bononiã. Agimus Epiphaniam Dñi. iam p certo hr̃, illum cum Pontifice congredi, & maximis de reb. quotidie consultare, q̃ sint toto Xp̃iano noĩ cum primis vtiles. Hic dies est octauus Ianuarij de Concilio ferunt illos agitare, Xp̃us illis impartiatur suũ spiritũ. Dies est iam decimus mensis. sũ Gandaui pficiscens Bruxellẽ, accepi literas tuas duab. epistolis eodem fasciculo, ad oĩa fermè rñdi, pter q̃ de necessario illo tuo, quẽ, nõdũ vidi sed expectat̃ hic quotidie. hæc epist. qa fefellit me q erat pfecturus, nõdum est missa in hunc diem, qui est p̃dicti mensis. 13. pueni Bruxellam, cõueni amicum tuum quem sum de negotio tuo allocutus. Pollicetur suam operam omnem, tu, vt soles, quicquid euenerit, magno sis aĩo, opto tibi fauorem Xp̃i. Iam pudet me tam diu asseruatę epistolæ,

vice-

vicesimus eſt menſis, ex ijs, q̃ ille eſt cũ Scæuola collo-
cutus, nõ videtur eſſe eo ĩ te aĩo, quem exiſtimabamus
quum hic eſſet, ſed dũ Chriſtus bono ſit ĩ te aĩo, huma-
nas vtilitates facilè neglexeris. Saluebis a Cranaueldio
noſtro vxori tuæ ſalutem ex me. P. Brixius ſaluebit à
me officioſe & accuratè. itẽ Berald⁹ & Tuſanus. Quid
ẽt? qd ad hæc? nã vereor, ne ĩ epiſtola toties in manus
reſumpta, deſit aliqd. ꝙ nõ eſſe adſcriptum doleam. ni
hil occurrit, adſit tibi Chriſtus. Epiſtola hæc vna ſuffe
cerit ꝓ exemplo ad oſtendẽdã formulã. Salutẽ & vale
nõ dãno, nec diem & locũ in calce. qb. ipſe hactenus sũ
ſp̄ vſus, nempe antiquis & receptiſſimis, ſed rõ hæc no
ua ſcribendi, nec inerudita videtur mihi eſſe & p̄ſentiũ
rerũ ſtatui congruentior; non ſolũ in Latina lingua, ſed
in vernaculis, qb. etiã præcipimus, et proſpicimus, non
ſolum Latinæ. etſi huic, uti par eſt, potiſſimum. Adde
bis qđ precationes magis religioſæ ſunt, magiſq. opta-
biles in calce epiſtolę, ſi ea ſit aliena manu ſcripta, ſi-
gnum aliquod addendum quo declares eam non eſſe
adulterinã, aut ſuppoſititiam, ſed abs profectã. In quo
erat apud veteres parata fraus. quippe quib. facilè eſ
ſet negare abs ſe eſſe miſſã. Cicero Antoniũ Philippi-
ca 2. quẽ locum adſcribam, totũ, qa ſumitur ex prudẽ
tia cõi. At ẽt literas, quas me ſibi miſiſſe diceret, recita
uit; hõ, & humanitatis expers, & vitæ cõis ignarus.
Quis. n. vnquam, qui paulum modo bonorum conſuetu
dinem noſſet, literas ad ſe ab amico miſſas, offenſiõe ali
qua interpoſita, in medium protulit, palãq; recitauit?
Quid hoc eſt aliud, quã tollere è vita ſocietatẽ? tollere
amicorum colloquia abſentium? quam multa loca ſo-

lent eſſe in epiſtolis, quæ prolata ſi ſint, inepta eſſe videantur? quã multa ſeria neq. tamen ullo modo diuulganda? Sit hoc in humanitatis tuæ, ſtultitiam incredibilem videre. Sed quid oppones tandem ſi negem me vnquam iſtas litteras admiſiſſe? quo ve teſte conuinces, an chirographo? in quo habes ſcientiam quæſtuoſam? qui poſſis? ſint enim librarÿ manu.

DE SVPERSCRIPTIONIBVS.

DE ſuperſcriptionib. nihil habem⁹ antiquorum, qđ qdem certò poſſimus affirmare, qua de cã existimarũt, nõnulli, titulos fuiſſe ſupſcriptiones. q̃ opinionẽ paulo antè ſatis refelli. Sed ſuſpicor multis epiſtolarũ nõ fuiſſe additã ſupſcriptionem: ſicuti nec intus ĩ calce. locũ, aut tp̃s, quũ, iã alioq ſciretur aut nihil referret. Itaq; vbi is, cui pferenda epiſtola dabatur, cui nã eſſet redditurus nouerat, nihil erat ſupſcriptionis opus, ferè aũt ea de re vel domeſticis, vel notis hoĩbus vtebantur: qđ ſi publico tabellario cõmitterent, is vtiq. ſigna dignoſcebat. Sed coniecturarũ ſatis. Superſcriptio certè hoc tpe neceſſaria eſt. Ea conſtabit noĩe eius, cui mittetur, adiecta vel dignitate vel functione publica, ſicut in titulo. Cn. Põpeio. Magno Procõſuli Imperatori. Ludouico ab aula fiduciario et cubiculario Cęſaris. Epitheta ſapĩæ, claritatis, illuſtrationis & alia uerè sũt, ꝙ dicũtur, ſup iecta; nõ honorãt ſupſcriptionẽ, ſed onerãt, nihil eſt eis mendacius, vel abſurdi⁹. iam etiam pueri hæc rident. At ut ĩ titulo dr̃ Suo, ita in ſubſcriptiõe Meo. Nã hic, q ſcribit, iniũgit tabellario vt pferrat, uel reddat eas literas: alterũ. n. illorũ uerborũ ſubaudit̃. Fernando à Toleto herili filio Comitis. Auripẽſæ meo, ĩ quo ĩtelligendũ

reddes,

reddes, vel ad Fernãdũ, &c. ĩ quo ꝑferres. Familiares. & q optimè cnpiũt mutuò, poterũt uerbũ aliquod adde re amicitiæ ſuæ natũ, Amico meo vnico, maximo, ſum mo, amico multũ mihi chariſſimo, iucundiſſimo, ſuauiſ ſimo, ad patres, præceptores, tutores, et eiuſmodi mihi ſꝑ verendo, honorãdo, ſed hæc modica, ſeu potius intra modum. Poſt hæc ſignatur locus vbi ille ſit; Romæ, Lu tetiæ, Brugis, Valentiæ. Sunt q ipſi deferãt loco notitiã & claritatem, potiꝰ q̃ e diuerſo; ut reges & principes, ad hos et ruditatis, & ĩeducationis eſt, locũ adſcribere.

DE DICTIONE EPISTOLAE.

EPiſtola imago quędã eſt quotidiani ſermonis, ac colloquii cuiuſdã ꝑpetui. nec.n. in aliud eſt inuenta, q̃ ut abſentiũ ſermões referat ac repſẽtet. Itaq; illud dẽt potiſſimũ efficere, ut q̃ ꝓximè poterit, colloquia & ſermonẽ familiarẽ exprimat, prudentũ dico et erudito rũ. Nã optima quæq. sũt arte æmulãda, quo mediocria ſaltem cõſequat̃. ita eſt.n. vnaquæq. ars aboſolutiſſima, ut maximè ad naturã ſuã accedit. Sermo autem noſter quotidianus ſimplex eſſe dẽt, et rectus et naturalis, dũ mõ purus & caſtus. quippe coinquinatus & ſordidus. hoĩum, uel imperitorũ, uel diſſolutè negligentium. Ex cultus porro atq. ornamẽtis nitidus ac ſplendens, uel ĩ ſolentiæ eſt atq. arrogãtiæ, uel putidæ ac puerilis oſten tatiõis, qđ ſi talẽ decet eſſe noſtrũ ſermonem, ꝑfecto nõ aliã eſſe epiſtolarẽ dictionẽ conuenit, umbrã atq imagi nẽ & quaſi uicariã illius. itaq; ueteres plurimi, ornari exiſtimabãt epiſtolã ſimplicitate, & excultiſſimã eſſe ſine cultu, mõ abeſſẽt ſordes. ut uenerabilior ẽ ille ĩ ma trona ſimplex & parabilis, ornatus, q̃ ſpendidus et sũ

ptuoſus. Itē in viris cōtingit, quos effœminatos eſſe du cimus, ac morib. parū viro dignis, ſi ſolicitus mūdiciis videmus dedito: vt fœdos illos, et deuitādos, q in ſqua lore pedoreq; cōputreſcūt. Ergo illā vnā eſſe artem epi ſtolarū ī eloquendo cenſebāt, nullā adhiberi artem: mō ſtulti ſenſus aut inepti, et nimis perturbatus abeſſet or do: tū uocabula eſſent pura eius linguæ, qua ſcribebāt. grādia.n. ſelecta, tumentia, affectata, nō decori putarūt eſſe epiſtolę, ſed irriſioni, ut pauonis pēnas ī cornicula. Hoc epiſtolis ſuis cōprobāt magni oēs viri: q ſi eiſdē de reb. in epiſtola loquantur, de quib. in orōne, aut iuſto li- bro, ſtylū ꝑtinus mutāt et verba: totūq. illū rerū et uer borū apparatū, demittūtq. ſe ad humilitatē illā epiſto larē, q̄ tāq̄ frugi puella ac modeſta, minimeq. loco claro nata, abūdè cōpta eſt, ſi abſit deformitas & ſordes. Er go Cicero aliter ad amicos loqtur de cā Milonis, aut de prouīciis cōſularib. aut đ cōſolationib. q̄ vel apud Iudi ces, vel in Senatu, vel in Tuſculanis. aliter Auguſtin⁹ de pietate in li. de Ciuitate Dei, q̄ ad amicos: alio ſtylo & inuentione Plinius de laudibus. Traiani ad amicos, quā in Senatu. de Philoſophia Seneca elaboratius in li bris De ira, aut de Tranqllitate vitæ, aut Naturalium qōnū, q̄ ad Luciliū. Plato quoq. ad eundē modū. de Hie ronymo taceo, qui nō epiſtolas videbāt ſcribere. ſed li- bros: quamuis ipſe de tꝑis anguſtia et tarditate notarij haud rarò cōquerāt. Sed ut de Cicerone loquar, eius epi ſtolæ adeò ſermonem eius domeſticū & familiarem ex primūt, ut ego illū nō aliter cū vxore, cū liberis, ſeruis familiarib. in foro, in cāpo, ī balneo, ī cubiculo, in tricli nio locutū exiſtimē. Iā ordinē ita neglexit, vt vndecūq.
visum

viſum ſit exordiatur, & repetat, et addat, & recipiat ſe, & reuocet, nihil tale eſt in orationib. aut libris philo ſophicis, Atticũ quoq. hortatur, vt ſcribat quicquid in buccam uenerit. Seneca ad Luciliũ li. 10 epiſt. Qualis ſermo meus eſſet ſi vna ſederemus, aut ambularemus, illaboratus & facilis; tales eſſe epiſtolas meas volo, q̃ nihil habeant accerſitũ, et fictũ, ſed ſi fieri poſſet oſten dere, quã loqui mallem. Apollinaris Sulpitii iudicium, quo Plinii ſtylum in epiſtolis Ciceroniano antepoſuit, indignũ eſt qđ referatur, nedũ vt refellat̃. nam nec ipſe rõnem vllam ſui dicti addit, & imitatorem ſe profitetur Plinii, à quo abeſt longiſſimè, vt hoĩs iudicium cognoſcas. Veruntñ ꝙ de ſimplicitate dixi, non eſt in hoc velut in puncto in ſectili poſitum quin liceat intra illos limites huc ſe & illuc nonnihil porrigere. Nam ſicut ĩ alia oĩ ſermonis forma, ita ĩ hac diſputandũ eſt ꝗs, cui, qua de re, dicat: In adoleſcente nõ fert̃ ſolũ, ſed laudatur et dictio cõptior, lętiore laboratior, diſtributio, & ordo rerũ deſcriptio; deniq; cõmendat̃ ſtudioſa diligen tia. Sunt qui accuratis ad ſe epiſtolis delectantur, vt ho mines docti, acuti, ingenioſi: alii cõtentũ interpretãtur ſui, ni eleganter & ornatè ſcribas. ſunt ꝗ nimiam curã diſputat, quaſi putidam. Qui aliquid petit, alieno ſtomacho ſubſeruiat. qui nihil, ſuo. Res quoq. aliæ ſecum ip ſæ adferũt cultũ ſuũ, vt de bellis de republica, de morib. alia volũt niſi cũ ſplendore dici, ac ne poſsũt ꝗdem. Quintilian⁹ ſermonem et epiſtolas ſolutas vult eſſe numeris, niſi quũ aliqd ſupra naturã ſuã tractãt; vt đ re publ. de philoſophia, de laudib. & vituperatiõe. Idem Seneca aduerſus ep. ornatũ adeò ſeuer⁹, hęc ſubiũgit;

Non

Nõ mehercule ieiuna et arida eſſe volo. quæ de reb. tã magnis dicent, neq. n. Philoſoph⁹ ĩgenio renũtiat, multũ tñ operæ impedi verbis non oportet. Veteres, illi vt de negotijs mõ ſcribebãt, ſimplici illo & naturali vtebãtur loquendi more: mallebãtq; ꝙ eſt prudentiæ, indoctius loq dũ apertius: tũ errorẽ in verbo cõmittere, q̃ ĩ re. Vbi aliæ res acceſſerũt pl⁹ eſt adhibitũ curæ, ꝙ fecit Seneca ipſe. Quũ verò nihil fuit ꝙ ſcriberetur, p̃ter mellitas epiſtolas, aut ẽt felleas, inanes tñ à negocijs, atq. vmbratiles inſtituerũt eas ornamẽtis cultuq. cõueſtire: vt q̃ cogitatione rerũ nõ poterãt niti ac ſuſtineri, certè venuſtate atq. ornatu ſubſiſterent. nã alioq qs vnã illã ſuſtinuiſſet perlegere, vacuã reb. & inopẽ verbis? Tales sũt epiſtolæ Plinij Cecilij. Quin obſeruatum eſt ẽt Marcũ ipsũ Tulliũ aliter ad alios et alijs de reb. ſolutũ ſcribere, elaborati⁹ ad Brutũ q̃ ad Atticũ; quũ aliqd cõtẽdit ĩpetrare, quã quũ narrat: velut ad L. Luceiũ quã ad Varronẽ. quũ cõſolatur itẽ, vt ad M. Marcellũ. & alioq ars & exercitatio Ciceronis, & ingeniũ excellẽs hoc p̃ſtabãt ei, vt oblata, & naturalia in eo viderẽt, q̃ ex imo eßẽt ꝓducta artificio. Sũma hęc eſt, vt meminerimus eße epiſtolam, hoc eſt, puellã plebeiam, in quib. & ſi aliæ alijs ornãtur excultius paulo et purius, mũdũ tñ patriciarũ nõ æquat, vti nec famulæ dominarũ. Aliud eſt, inqt Plinius, ſcribere hiſtoriam, aliud epiſtolã, ẽt de eodẽ argõ: Idem Plinius preßã & aſtricta vult eße phraſim epiſtolarem: ſic tamẽ, vt ne ſit ieiuna ꝓrsũ, ac ſtrigioſa neue arida, hẽbit ſucci aliqd, & eũ leporem ac gr̃ã, q̃ in aſtricta dictione, & ſimplici illa dicendi nota, ſæpenumero vel maxima. Iõq.

nec

nec tropos continebit crebros, nec trãſlationes varias, nec allegorias frequẽtes aut lõgas, nec cõformationes alias, nec verba grãdia & magnifica, ne cõcinnã et numerosã ſtructurã: hæc qdem de gñe vniuerſo: nã in formis variatur. ſeruata gñis ipſius natura, ſicut oſtendi; Quæ pcepta de elocutione, trãsferri ad artẽ ipſam vniuersã poßunt: q̃ quũ celari vbiq. par ſit, tũ ĩ epiſtola adeo dẽt eẽ tenuis ac pbè nulla, vt à magnis ipſis artificib. vix queat deprehẽdi. & hoc, vti de phraſi docuimus dirigẽdũ eſt ad cõſiderationem pſonarũ & rerũ. Quidã de epiſtolis cõponẽdis diſſerẽtes, de proœmio tradũt, đ narratione, cõfirmatione, perorõne, đ ĩuẽtione, diſpoſitione, elocutione, ex Rhetorũ pceptionib. repetita: ꝙ planè eſt ſupuacaneũ, & loco huic alienũ, primũ ꝙ nulla eſt ferè epiſtola, q̃ habeat quinq; illas partes: nec tm̃ artificium tenera hæc puella ſuſtinet. Deinde, & ſi proœmio nõnunq̃ vtat̃, & colligat ac cõficiat argumẽta, vel depellat. & ordinẽ ſequat̃, reb. in ſuos locos diſtributis; idẽ faciũt oẽs ſermonis ſpecies, cõſolationes, gratulationes, dialogi, panegyrici. qđ ergo, quoties de aliquo illorũ pcepta tradentur, oĩa artis ferramẽta, & arma in mediũ pferemus? Quæ artis ſunt, ſemel oportet exhiberi in gñe, vt qñ opus ſit ſingulis accõmodentur formulis. nullius. n. harũ sũt ppria, minimè oĩum epiſtolæ, q̃ minimè vel indiget, uel utit̃. Ad doctos & ocioſos ſcribẽtes, licet alluſiões admiſcere ad fabulas, ad hiſtorias ad puerbia, ad res naturæ ac morũ, ad dicta pſtãtiũ ſcriptorũ: mõ breuiter, ñ tã explicãdi gr̃a, q̃ uelut pũcto ſignãdi & indicãdi digito. Etiã in reconditis reb. utile ẽ ænigmata ĩſerere, ꝙ uidem⁹ Ciceronẽ

fecisse

fecisse crebrò ad Atticum : ne si literæ in alienas ma-
nus deuenissent, atq; aperirentur, proderetur quod illi
opertũ uolebant omnino esse, & occultum. Etiam uer-
ba Græca immiscet altera duarũ occasionum , uel quũ
aptius in Græcè dr̃ , atque appositius quam Latine uel
quũ nõ vult à quolibet intelligi, ideoq. abstrusis & ho-
mercis plurimum verbis , nec passim cuiuis expositis
utitur. Nobis quoque si negotium poscat, uelare sñiam
nostrã cõcederetur sermone alienissimo ab eo quo scri-
bimus: uelut si Hispanicè, sermone Teutonico, aut Bri-
tannico; neque. n. ut paulò antè admonui, de sola præci-
pimus Latina lingua. Quid qđ ẽt in ea ipsa verbo Ger-
manico vel Scotico, ei tñ cui scribimus cognito sensum
obscurare, quod vetat, si id rei qualitas efflagitet ? Nã
Cicero, non quod lingua Græca elegans, & exculta es-
set , vt quæ maximè , vel potius supra cæteras idcirco
res arcanas contegebat , sed quod nota Attico , reli-
quis verò ciuib. nõ tãtopere : quod si aliã à Romanorũ
usu semotiorem Atticus sciuißet ; eã ipsam usurpasset
Cicero in reb. q̃ nolebat euulgari. Et qñ in cuiusq. prin-
cipis comitatu sunt hoĩes multilingues, repertũ est ge-
nus quoddam notarum reconditissimũ: cifras uocant, e
quib. nemo unquam sensũ exculpet, nisi abecedariũ &
significationem uerborum teneat, q̃ inter illos cõuenit.
quemadmodũ nec Laconicã scytalã quisquam legerit,
ni bacillũ habeat per oĩa illi parem, ad quem erat lorũ
contortũ & cõuolutũ sunt etiã in epist. Cic. ad Atticũ
p̃cipuè, multa breuia & præcisa : quã autumo phrasim
fuisse sermonis Latini familiaris illo vtiq. sæculo, omit
tit enim verba, potissimum Dico, Mitto, Scribo, Venio.

MI-

MISCELLANEA DE VETERVM conſuetudine Epiſtolari, tum agendo, tum loquendo, ex Cicerone potiſſimum.

Addita ſunt etiam nonnulla noſtri vſus.

ANtiquiſſimi homines ſolebant in tabellis ſcribere, quod Homerus vates docet in fabula Bellerophontis. Is mos durauit vſque ad Romana tempora, vti oſtendunt ſcriptores Latini, Plautus, Cicero, & alij. vnde qui literas perferrent, tabellarii nominati: quod nomen etiam nunc manet, quum tabellis iampridem non vtamur, ſed vt alia, propter vim atq. vſum eundē γραμματόφορος *eſt Græcè, & à quibuſdam noſtris Veredarius dicitur. ſed hic non tam eſt qui litteras perfert, quam qui veredis ſubinde mutatis, breui tempore magna itinera conficit, cui literas ſolemus committere, vt celeriter perferantur. Codicilli quoque appellationem ſuam ſumunt ex tabellis. Literæ dicuntur, & literulæ diminutiuè ſicut epiſtola, & epiſtolium. Exarare literas, componere epiſtolam, & formare epiſtolam, & dictare. qui verò ſcriberet epiſtolas domini librarius, & ſcriba ſequentib. temporib. notarius. & ab excipiendo, quæ alius dictaret, exceptor. A manu autem, & amanuenſis puer eſt, quo vtimur quaſi ad manum, in miniſterijs intimi cubiculi: qui etiam ad manum appellatur. is interdum excipit, quæ nos dictamus, vel præſcribimus; ſecretiora quam vt alijs uelimus communicari, aut leuiora quam, vt neceſſe ſit li-*

bra-

brarum propter illa accerſiri. Formalis epiſtola eſt velut forma, & ea non aliarum illius generis, quales ſunt principium, quæ ad certam quandam formam, velut obſeruatione religionis conſcribūtur. Tabellis ſucceſſit charta, primū membrana pergamena. huic verò hæc noſtra papiracea. Erit genus charta epiſtolaris, cuius in apophoretis Martialis meminit, tenue, leue, firmū, aptū epiſtolis ſcribendis. Vna in facie olim ſcribebant. nā quæ duabus eſſent ſcripta, ea nuncupabant epiſthographa: cuiuſmodi erat & Oreſtes ille Iuuenalis, Scriptus & in tergo, nec dū finitus. propterea quod vna tātum facies erat læuigata, & literis recipiendis idonea, nempe interior, quæ carnea ſanè nuncupetur: exterior autem villoſa. Vtebantur etiā membrana deletili, palimpſeſton dicebāt. Cicero Trebatio: Nam qđ in palimpſeſto, laudo equitem parſimoniam, neſcio tñ quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, q̃ hæc non ſcribere: niſi fortè tuas formulas: non.n. puto te meas epiſtolas delere, vt reponas tuas. Rōnes loquendi in epiſtolis has propemodum, & eiuſmodi vſurpabāt: Qui epiſtolam perferret, pertulit, profert quorum primum ſpectabat tempus poſt ſcriptionem: alterum poſt redditionem, tertium eſt tempus præſens, qđ latè ſolet extendi, ſicuti, Quis prandet apud nos? Barcherus et Patus: de pranſuris. Nihil habebam, quod in præſentia ſcriberem, ſcriptione dignum, ad te præſertim nullum erat argumentū, nulla materia, cauſa, occaſio ſcribendi, ſcriptionis, epiſtolæ, literarum: eoque breuior eſt, erit hæc epiſtola. nā nec tu inanibus literis delectaris: & ego nō iam, vt ſoleo, epiſtolas libens mitto ſcholaſti-

cas

cas atque vmbraticas, in quibus nihil sit negotij præter comitates, officiosa verba, & mellita: & tametsi hæc facias exercere, quàm facundiam caninam. Tam multum habeo, vel est, quod scribam, vt initium non videam; vt nec initium nec exitũ inueniam, pp hanc dubitationem meã breuior hæc epistola est. Sed tamen ita distinebar, vt vix huic tantulę epistolæ, tempus habuerim, noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam, Ad Placum scripsi, misi, habes exemplũ. Ad Senatum quas literas misi, velim prius perlegas: & si qua tibi videbuntur, commutes. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit, meque scire opus esse putaris. Et si manè Harpalum miseram, tamen quũ haberem, cui rectè darem literas, etsi noui nihil erat eisdem de rebus volui ad te sæpius scribere. non ꝙ diffiderem diligentiæ tuæ, sed rei me magnitudo mouebat. en quantam epistolam, ex quam tenui initio deductam, quantũ exaraui chartæ, quum tres versus scripturum me à primo existimarem. Sed quid ego non imitor. Laconismum tuũ? Altera pagella procedit. Quid aliud? quid restat? nunquid sum oblitus? excidit? fugit? Per multũ, permagni interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita, sit, an quũ solicitudinis aliquid haberes, an quum ab molestia vacuus esses, itaq; ei præcepi, quem ad te misi, vt tp̃s obseruaret epistolæ reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestiue adeũt molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendũt, nõ loco redditę. Coram me tecũ hæc eadem agere sępe conantem, deterruit pudor quidam penè subrusticus, quæ nunc expro-

mam abſens audacius: epiſtola.n. non erubeſcit. Manu mea ſcripſi, manu tua ſcripſiſti: manu mea ipſius. manu propria mea negat. Valla dicit. Brutus tamen: De voluntate, inquit, propria mea ſcripta iam epiſtola. Hermia venit. accepi epiſtolam tuam vacillantib. literulis, redde nobis ſuperiorem epiſtolam, & appinge aliquit noui. Vale. Da operam vt valeas: Cura diligẽter tuam valetudinẽ, hoc mihi gratius facere nihil potes, Vale, & matrẽ, meosq; tibi cõmendatos habe. Vale, & Salue, quarto Calendas Decembres. ad quartum Calendas Decembres, ante diem quartũ Calendarum quaſi quarto die ante Calendas. Nũc ij nobis triſtes, nec varij venerũt de Q. fratre, ex & ante diem Nonarum Iunij vſq. ad pridie Calendas Septembres contulit hoc negociũ, ſiue diſtulit in ante diem ſextum Iduũ Maij vſq; ante diem quintũ Calendas Maias. hoc eſt vſq; ad diẽ quintum ante Calendas Maij, ut recte interpretantur Budeus, Balbus, Suo, poſtea quam literas communeis cum Oppio ad te dedi: quod durum admodum videt. Epiſtolam præſcriptam complicabant, vinciebant lino ſeu filo, addebãt cerã. quoddã verò tẽpore proceres Romani ceram quandam ex Aſia aduectam, ut refert Cicero pro L. Flacco. in cera ſignũ imprimebant ex gemma annuli: Cicero in L. Catilinam: At ne longũ ſit, Quirites, tabellas proferri iuſſimus, quæ à quoq; dicebantur datæ, primũ oſtendimus Cethego, ſignũ cognouit, nos linum incidimus. tum oſtendit tabellas Lentulo, & quęſiui cognoſceret ne ſignum; annuit eſt verò, inquam notum ſignũ imago aui tui, clariſſimi uiri; qui amauit unicè patriam & ciues ſuos. Idem Cicero; Obſignata iã epi-

epiſtola ſuperiore, non placuit ei dare cui conſtituerã, quod erat alienus.itaq.eo die data non eſt.Hæc ſcripſi raptim, præpoperè, perturbatè, qđ ex literis ipſis,& ſenſus facilè cõycies. quæſo feſtinationi meæ,& breuitati literarum des veniam.Nos item complicamus epiſtolam,q̃ ſi non ſit deuincta,eſt ſolutilis, vel apertilis: vt quas alicui mittimus legendas prius,quam reddat. filo deuincimus vel ſuperne, vel transfixum: interdũ quoq. fibra ex eadem charta, quum ſignum non habemus,cõmiſſura quoq. chartacea,vel orbiculari parua: velut in negotijs mercatorũ.uel magna cõmiſſura obſignata,vt ad ꝓceres.itaq. dr̃ vel deuincta filo,vel aſtricta cõmiſſura:Solet nũc interſtitiũ vacuũ relinq̃ inter ſalutationem & ipſam epiſtolam pro dignitate eius ad quem ſcribetur,vel amplius, vel aſtrictius.vocetur id ſane margo honorarius.Qui literas proferunt,ſunt tabellarij,è quibus alij extra ordinem,lenti,celeres,veredarij,per equos diſpoſitos magnis itinerib.euntes,cõiũgentes dies noctib.hi accipiunt p̃ciũ vecturę,ſed pro vectura,appenſis epiſtolis,nõ numeratis. Rñdentes vero hiſce locutionum generibus vtebantur. Accepi literas Pli. ẽt recipi dicit. Redditæ ſunt mihi literæ tuæ amantiſſimæ,ſuauiſſimæ, blãdiſſimæ,iucũdiſſimæ,expectãtiſſimæ,amicæ,comes,ſalſæ,feſtiuæ, plenæ hũanitatis & bñuolẽtiæ:vel acres,acerbæ,inſipidę, dẽtatę,maleuolæ,rabioſæ,rabioſulę,fatuę,demẽtes ĩprudẽtiſſimę. Accepi literas tuas duab.epiſt.duas vel tres epiſtolas eodẽ exẽplo, manu tua ſcriptas,manu ſcribæ,manu liberti tui.Treis uno die à te accepi ep.unã breuẽ,q̃ Flacco Volumio dederas:duas pleniores,quarum alterã ta-

bellarius T. Vibij attulit, alteram ad me miſit Lupus. Puer à ſorore tua miſſus epiſtolam mihi abs te allatā dedit. Accepi tuas tres. Plinius: Poſt longum tempus epiſtolas tuas, ſed tres pariter recepi, omnes elegantiſſimas, & quales à te venire præſertim deſideratas oportebat; quarum vna iniungis mihi iucundiſſimū miniſterium, vt ad Plotinam ſanctiſſimam fœminam literæ tuæ perferātur, perferentur. eadem cōmendas mihi Popilium Artemiſiū, ſtatim præſtiti quod petebat. Sed ad Ciceronem reuertamur. Obuiā mihi fuit tabellarius. at ego ſtatim: cedo, inquam, ſi quid ab Attico? Si quid erat occultius, & vt ſcribi reconditū, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literę præferantur: Etſi iuſta & idonea vſus es excuſatione intermiſſionis literarū tuarum, tamen id ne ſæpius facias rogo. Accepi literas ab eo, qui miſit: accepi a tabellario, qui reddit. Damus litteras ad eum, cui ſcribimus, damus tabellario: tabellarius reddit, atq; etiam interdum dat: & ſi hoc rarius, Accepi literas tuas ab Acaſto ſeruo meo, quas quidem quum expectaſſem iam diu admiratus ſum, vt vidi obſignatam epiſtolam, breuitatem eius vt aperui rurſus σύγχυσιν literarum, ſolent tuę cōptiſſimæ & clariſſimę eſſe. ſic ille. Videlicet, breues, et parui momenti epiſtolas nō ſolebant obſignare, ſed cōplicatas ſolum mittebant in modum codicillorum. Miſit ad me literas, quarum exemplum hic habebis. Literæ à Cæſare venerunt, literæ a Catone ſunt allatæ: Cicero filius Tironi: Quum vehemēter tabellarios expectarem quotidie, aliquando venerunt poſt diem quadrageſimum & ſextum, quàm à vobis diſceſſerant: quorū

mihi

mihi fuit aduentus optatißimus. Expecto tuas literas de multis reb⁹, teipsum multo magis: Scripsisti ad me epistolam plenam consilij, summæque tū beneuolentiæ tum prudentiæ: eā mihi Philotinus, postridie q̄ à te acceperat, reddidit. Q. Seruilius ꝑbreues à te literas mihi reddidit, q̄ mihi tamen nimis lōgæ sunt uisę. iniuriā. n. me accipere putabam, quod rogabar. Accepi à te aliquot epistolas vno tp̄e, quas tu diuersis temporibus dederas. At velim post hac sic statuas tuas mihi literas longissimas quasque gratissimas fore. Quod epistolam concisam doles, noli laborare: salua est domi, petes quū libebit. Epistolam tuam, quam accepi ab L. Aruntio, cōscidi innocentem; nihil enim habebat, quod nō vel in cōcione rectè legi poßet. Resoluta epistola, cōtinuo vidi quod cupiebam, vel quod metuebā. Libentissimè lege tuas literas, in quibus iucundissimum mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas eße. Ex literis tuis cognoui, & intellexi, accepi, factus sū certior. nihil certū de te habebamus Domitiū aiunt futurum sine fascibus: quum id scies, facies vt sciam; faciā vt scias, vt nostus, ut intelligas. Particulam literarum tuarum, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi particulā literarū, legit mihi Atticus. In capite tuarum literarū, in medio, ad mediū, in calce, fine, extremo, ad postremū. hæc erat literarum tuarum clausula. Habeo, habebā literas à fratre: non tamen dicitur habui, pro accepi. Respondebo tuis literis ordine, uel promiscuè, nō seruato ordine: Tuam rationem scribendi sequar, quoniā uidetur mihi optima, cōmodissima, appositissima. uel ut cōmodius rescribam, nec οἰκονομίαν. meam instituā,

sed ordinem conseruabo tuum, & respondebo primum postremæ tuæ paginæ. Ego respondebo tibi ὕστερον πρότερον, ὁμηρικῶς. Epistolas tuas accepi duas: prior recētio rem habebat diem. altera antiquiorem. Vetus epistola & recens, dies prior, posterior, recens, antiquus, vetus: item dies repetita, quū vetustior est quàm quo epistola fuit scripta. hæc & alia inueniet permulta, qui veteres, sed Ciceronem præcipuè, diligenter euoluerit.

SALVTANDI FORMVLAE, Vsui nostro aptæ.

SAlutationem voco, non primā illam, quæ est scribentis ad eum cui scribitur, nēpe primi ad secūdū sed primi ad tertium per secundū, vel per quartū, quū scribet, quum videbit, quū quid ad eum mādabit: hinc à tertio ad secundnm per primū, à quarto ad secundū per tertium solum, vel per tertium ad primum. Quorū omnium exēpla sunt hęc: Saluta, dic salutem, Salutem annunciabis, præcaberis meo nomine, meis verbis, pro me, mea vice, Petro à Toleto hospiti meo. Saluebit à me Rodericus Manricus meus. Iubebis saluere Gomezium Benauidium, significabis Ioanni Manrico à Lara. accepiße te literas à me, quibus iubeo illū saluere: accepisse me literas à Duce Beiaris Francisco, qbus iniunxit, vt si quando vel tibi, vel illi scribam, adiungā ei S. suis verbis, Si quando Morum conueneris admone hominem, vt quum ad Roffensem episcopum mittet literas, adscribat, precari me ei læta omnia, ac fælicia. Io. Claymondo patri meo S. & senectam leuē ac facilem, cui epistolam hanc dabis legendā, tanquā ad eum quo-

quoq. ſcriptam. Quum hoc literularũ ad te exararem, aderat, vel ĩteruenit, vel nũciauit mihi. Al. Viruerſi vti ſuo nomine S. tibi impertirem, ſalutẽ impariter. S. optarem, & optimè euenire, quod filiam probiſſimo iu ueni collocaſſes, tũ Chriſtophoro Mirãdæ filiolã gratu laberis, ſalua vxore. Quum ad Morũ dabis literas, vel nactus fueris, qui eo proficiſcat̃, & mãdata ad illũ mi ſeris, ne obliuiſcare accuratiſſimã mea vice ſalutationẽ adiungere ipſi & liberis; ſed ĩ primis Margaritę Rope ræ meæ, q̃ ex quo primũ noui, non amaui minus quam ſi mihi eſſet ſoror germana. Quũ aliquẽ tuorum mittes Segobricã, præcipe ei, vt quærat tibi aliquem ex fami- lia Ducis Alburquercani, cui mandet, vt ſi Cuelarem ꝓficiſcatur, ſalutet mihi Bartholomęũ Cueua ducis fra- trẽ, verbis amãtiſsimis & officioſiſſimis. Terſulæ, quo niam quod optimũ in pueris eſt, hilarula eſt, meis ver- bis ſuauium des. Illud eſt animaduertendum, non oẽs ſalutationes oĩbus cõgruere: nec ſimiliter ignotos, aut leuiter notos debere ſalutari, vt amicos & familiares. nõ idem debere iniungi ſuperiori, quod pari, nõ omnes metiẽdi ſunt eadẽ decempeda, ſed gradatim & diſtin ctè, vt emineant ſigna voluntatum, in quo prudentia eſt opus: Curionẽ, ſi quãdo tibi occurrit, ſi voles, ſi va- cabit, ſi erit tibi commodum ſalutabis paucis verbis, le uiter, ſuffrigidè ſuo ipſius more. Quũ adibis Cęſarẽ, ob ſeruata occaſione, precaberis illi meo nomine propitiũ numẽ, vt tãta regnorum moles fæliciter ſub eo admini ſtret̃, ipſi & populi. Oro te vir clariſſime, ne graueris inſtitutori tuorũ liberorũ S. ex me nunciare. Salutat te P. Clodius; ego vero precor tibi meliorẽ ſalutẽ q̃ ab illo

RESALVTANDI.

RESpondet cui vel ſcripſimus, vel mandauimus,
executũ ſe quod erat iniunctũ, per ſe, vel ꝑ aliũ
litteris aut mandatis: vel nõ licuiſſe, aut noluiſſe, quia
non deceret, non expediret: tum quid ſalutatus reſpõ-
derit: exempla ſunt huiuſce gñis. Quod erat in extre-
mo tuæ epiſtolæ, vel in extrema epiſtola, aut charta, in
fine, in calce, in poſtremo literarum, vt Ioannem Feuy
num noſtrum ſalutarem, feci & qdem perlibens: is ve
rè, vt eſt ingenio ſuauiſſimo & amantiſſimo ſuorũ, læ
tiſſimus de te audiuit, reſalutat te plus millies. ſaluta-
rem tibi remittit Grauaneldius noſter, cũ fænore incre
dibili. ſalutem optat tibi veram & ſolidam. optat tibi,
q̃ ſibimet, precatur tibi oĩa euenire ex aĩ tui ſñia. oĩa
proſperrimè, fauſtiſsimè tibi. et tuis. nõ potui ipſe Ver
garam ſalutare pro te, ꝙ vnice cupiebam, qm̃ aberam,
quoniã me aduerſa valetudo domi continebat mãdaui
Gonzalo Tamyo: is renunciat, incredibile dictu quam
grata illi fuerit ſalutatio, quamq. ea remittit tibi accu
ratè & copioſè cumulatam. Exhilaratus eſt vehemen
ter Franciſcus Leardus ad commemorationem Petri
Mexiæ ſui. Multo ẽt magis ad ſalutationem; qđ ſigni
ficares te ſui meminiſse. Planè amat te, & reueretur
bona fide. nihil non optat tibi fauſtum & lætũ. Aintu
ſalutari nos a Nicolao Vottono. de quo iampridem au
diebamus omnino nihil. quæſo iube cũ à nobis ſaluere;
& meminiſſe veteris nr̃æ amicitiæ, ac familiaritatis.
Louaniẽſis M. Craſsus miſit S. chartaceã, vt ſolet. mal-
lẽ aureã, hoc dũtaxat tp̃e redde tu illi ꝑ me chartaceã
itẽ, aut ſi mauis æreã, quũ illũ cõuenies, Grata fuit ſa-
luta-

lutatio Vdalli.ego illi pro ſalute lignea vel chartacea, reddā argenteā. Salutē Gabriel Valdaura hoc tpe ad me? quum potius literas, & quidem copioſas de rebus ſuis oīb. & noſtris communibus? renuntia ei non expectare me ab eo ſalutationes, ſed epiſtolas: aut qđ matrona illa caſtiſſima marito ſcribit. Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Claudius ergo S. mihi? ſatius eſſet cædi ab alio, quam ab illo ſalutari. Piſo nobis Sal. rogo te an ſerio? quo ore? quo vultu? quib. verbis? nā eſt ad modum ſubdolus, & maleuolentiam blanditia verborum aſſueuit occultare. Sed vincamus bono malū: repende ei ſalutationem plena manu, & verbis amātiſſimis. Cum Demetrio nolo mihi eſſe rei quicquam, meliore ac cōmodiore vtemur eo, ſi nullus penitus ſit nobis vſus cū illo, procul q̄ ſo ab hac pice, ne inquinemur. crede mihi eritius eſt, ne accedas ꝓprius. Fabritiū Gurgitē nolui ſalutare tibi, ne inſoleſcat. Cornelio Nepoti nō reddidi tuā ſalutationē: veritus ne arrepta unius colloquioli occaſione, inſinuet ſe in meā familiaritatem: noſti quantus ſit irridendi artifex; & admiſſus, quā moleſtus ſit, atq. importunus, & excuſſu difficilis.

DE BREVITATE EPISTOLAE.

ILlud præterea iā olim quæſitū, quā breuem eſſe epiſtolā cōueniret. Nā Demetri⁹ Phalereas, ſeu qs eſt alius longam epiſtolam librum appellat, nō epiſtolam. Et L. Senecæ hæc ſunt verba li. Epiſt 6. Ne epiſtolæ modū excedā, q̄ non dēt ſiniſtrā manū legentis implere, in aliū diem hanc litem, cum dialecticis dfferā. Quāquā eius ipſius epiſtolæ interdum quoq. dextram bis implent. Ciceronis ēt aliquæ, ad Atticum præcipuè

ad alios quoq. nonnullos volumina sunt, non epistolæ:
quas se ideo tám longas ait conscribere, quod dormire
non possit. Idem ad eũdem, ait se interdum λακωνικὴν
σκυαιτλύν mittere. et ad D. Brutũ, imitari λακωνισμὸν
illius, omnia temperabat personis & negocijs, quũ ex-
pediebat, & scribebat fuse, & sic ad se gaudebat scri-
bi: idcirco Brutum increpat, quod in medio ardore ciui
lis belli, breues ad se literas dedisset, quũ negotia lõgis
simas flagitarent; vt sciretur explicatius, quid ageret,
quidq. eßet acturꝰ. Morosis, cognitis, amicis simulatis,
breues: itidem occupatis, aut ijs quos eo scribendi gene
re videbit delectari, quasi multa paucis verbis conclu
derẽt. cuiusmodi erat D. Bruꝰ. Noui itẽ amici breuib.
sunt epistolis initio tentandi, vt oẽs ignoti cunctabũdè.
Sunt q̃ vel mediocres epistolas loquaces iudicent, atq.
aspernẽtur. Sũt qui epistolium iniuriã interpretantur:
demus tamen operã, ne in alterutro modũ excedamus
si necessaria omittas, oẽs sunt nimis breues: si superua
canea infarcias, oẽs sunt nimis longæ. Multũ te accom
modari cõuenit ingenio illius, cui scribis, et pro ratione
materiæ licebit in fine aut breuitatẽ excusare apud il
lũ, qui longas cupit, aut prolixitatem apud eũ, qui bre
uib. illa excusatur negocijs, aut nostris aut illius: et pu
dore, ne obstrepamus aut interpellemus in maximis oc
cupatũ: ꝓlixitas excusetur rei qualitate, dulcedine cũ
illo colloquendi. Nihil perinde videtur mihi tã alienũ
ab epistolis, quã diffusa in locis cõib. iactatio, nisi forte
libri sint potius de sapientiæ præceptis, aut de studijs
humanitatis, vel encyclopædia epistola, & codicilli, q̃
paucis verbis acutã quampiam sñiam cõcludunt, plu

rimum habent venuſtatis. Quũ licebat, noluiſtis. nunc quum vultis, non licet. Quod ſi nihil habeant inſolens, ſuperbũ, faſtidioſũ, mitti poſſunt vel ad reges ipſos, ac principes, & homines quantum vis ſuperclioſos. Hieronymus Salinas Theologus Inico Mendozæ Cardinali, Epiſcopo Burgenſi ardentem pietatem precatur. Lutetiæ Natali Ioan. Baptiſtæ. 1533. Scio prudẽtiæ tuæ non eſſe opus conſultore, memoriæ autem propter varietatem & magnitudinem negotiorum nonnunquã. itaq. rogo te, memineris nationis ſtudioſorum hominũ. nam de voluntate in illos tua nibl dubitamus. Marcus Laurinus Carolo V. Cæſari Auguſto, regi Hiſpanorũ S. Nec ab te cõtendo, vt mea cauſa iuſtitiam violes, qđ nec tu faceres, quantumlibet rogatus, nec velim te per ignorantiam iniuſtè agere. Itaque libellũ hunc, quem cuſtodiæ iuſtitiæ tuæ confeci, oro attentè legas. Tales erãt. Lacædemoniæ epiſtolæ, & reſponſiones, quæ etiã in ꝓuerbium venerũt. Res male geſta eſt; qui ſuperfuere milites eſuriunt. πρὸς τάγας οὐ μεῖν γραφδὲντα, καὶ ἤ οὔ. Sunt qui in reſpondendo repetant, ceu epiſtolæ iliꝰ capita ad quæ reſcribant; quod ſolet in grauib. fieri negocijs. & tamen accuratus, quum à nonnullis lectum iri reſponſum arbitrantur, non lecta epiſtola procurante. Nam hoc fine etiam in leuiorib. fecerunt, quidã, vt ij qui ſuas epiſtolas cogitabãt edere, nõ editis ad quas reſcriberent; ſicuti Pli. & Poli. Fit hoc interdum compendij & gratia, & vt lectoris tũ labori, tũ intelligentiæ cõſolatur. Adde ẽt, qm̃ in diſceptationib. noſtra cã magis ea via adiuuatur, quũ q̃ ılle vel eloquentia conueſtiuit. vel muniuit colorib. roborauit argumentis, nõ

omni detracto præſidio oculis ſubÿciamus nuda, atque inermia. qui actus erat oratoribus peruſitatus. Ergo vnaquæq; epiſtola virtutē aliquam habere debet, vel in rebus, vel in dictione, qua commendetur, libenterq́; & ab ÿs legatur. ad quos mittitur. & poſteris quoq. ſi ad eos perueniat. vnde multæ placuerunt epiſtolæ, refrixerunt & iacuerunt plures.

DE AVTORIBVS EPISTOLARVM.

ANtiqſſimè .n. epi. extāt Platonis ꝑpaucæ, et Demoſthenis. hīc M. Tullÿ amiſſæ q̄dē multæ ſed multæ ēt in hāc vſq. ætatē reſeruatæ, in q̄b. prēter verba & dictionē, q̄b. vir ille cæteros oēs ſcriptores, Latinos dūtaxat, tāto poſt ſe interuallo relinquit, plurimū ineſt & ad res publicas, & priuatas iudicÿ, ac prudentiæ. Senecæ epiſtolæ volumina ſunt de philoſophia. Accommodatior ad vſum Plin. Cæcil. eorum præſertim, quæ de negocÿs priuatis, aut Rep. non ſcribunt. nā hmōi melior Cicero: Pli. vero ſuccinctus, & feſtiuus, et facetus, & acutus, & frequens concinnis ſententÿs, doctis atq. acutis ingenÿs mirificè eſt aptus: qui ſcholaſticas inter ſe mittunt epiſtolas & vmbraticas, vt idem ipſe ait, q̄b. oportet plus ornatus & condimenti adiūgi quando rebus non perinde nituntur. Sparſæ apud Græcos ferūtur complures. Luciani dilucidę ac faciles, Philoſtrati picturatiores quam decet hoc ſermonis genus: vtræquæ inanes ſunt, & leuiculos habent ſenſus. Seneſii itidem non parū elaboratę, metaphoris potiſſimum. Sunt nonnullæ Baſilÿ, Gregorÿ, Libantÿ, & aliorum, breues argutæque, ſcholę & hoībus ocioſis cōgruentes magis quàm negocÿs. Sed redeamus ad Latinos. Poſt

Plin.

Plin.ſcripſerunt epiſtolas Chriſtiani homines.ſuis temporibus,non Chriſtianorum ſolum,ſed omnium quoq. ſine cõtrouerſia erudiciſſimi. Tert.durus,nempe Ale. Cipria.non perinde,& ſi eiuſdem gentis: Auguſt.item Afer,mollior,ſed minus terſus ac comptus: Hiero.ardens & vehemens, vt videatur ſemꝑ ad iudices dicere de cauſa capitali. Amb. lenior ac placidior, aliquot interdum locis ſubturbibus. Symmachus nec magnitudinem rerũ, ac gratia ſermonis potuit conſeruare fama poſteriorum. Sidon. Apolli. Alueruas, obſcurus, perplexus,fauorem iudiciorum nec conſecutus eſt,nec meretur.Longo poſt hos interuallo velut ſtellula inter denſiſſimas tenebras emicuit. Franc.Petrar.prolixus, ac pleriſq. locis moroſus,difficillisq́; & multũ trahens ex rubigine ac ſitu ſuorum tꝑorum. multo poſt ſequitur,qui ætate auorũ primus cæpit in Italia Latinè balbutire Gaſparinus,cuius epiſtolæ vel hac de cã merentur laudem,quia in ſæcula doctorũ primæ. Huic ſuccedunt Leonar. Aretinus, parum adhuc excultus:tum lingua terſiores Philelphi duo,pater, & filius,ſententijs inanes & ſubfrigidi, nec compoſitione ſatis grata. Poggius:garulus,nugator & rabula.Pius II. Põt.et ꝙ Aeneas Syluius,natura fęlix,infęlix arte.Aeg.Calentius, & Cãpanus, nõ contemnendi:quanquã hic in oſtentationem eſt maxima ex parte compoſitus. Sabellicus vbiq; copia et fęlicitate,et iucũditate ſui ſimilis.Pomp. Lætus Romanæ puritatis adeo ſtudioſus,vt nec Græcè quidem ſcire voluerit, ne quid alienũ ſonaret,aut admiſceret linguæ illi Quiritium,ita & verba habet electa, & dictionem ſatis caſtigatam.Io.Picus,

& An. Politia. magni huius verba facilè complecta-
ris, atq. exoſculeris, illius nō poſſis nō probare. Ille ſen
tentiarum pondere & ſanctitate dictionis excellens:
hic acumine & feſtiuitate amabilis: niſi quod laudis
nimia cupiditate ſupra epiſtolę limitem aſſurgunt: lu-
dit etiam non raro, & laſciuit. rebus quoque diſplicere
poſſet ſeueris & eruditione præſtantibus, quia multus
eſt in materia leuiſſima, & minutiſſima ſui oſtentator:
& in eos quib. non probaretur, acerbè maledicus. Al-
lubeſcunt hæc quidem adoleſcentib. velut pugnæ &
certamina: grauib. autem & ſanctis viris inſuauia sūt.
& imbuuntur teneræ mentes duob. vitiis humanæ ſo-
cietati pernicioſis, iactantia, & amarulentia linguæ,
quodq. eſt indignus, de rebus viliſſimis, de literula, de
ſyllabula, de vocula, de intelligentia verſiculi vel ne-
gligendi, interim etiam obſcæni & morib. dānoſi. Gra
uior eſt Hermolaus Barbarus & diſciplinarum cogni-
tione ſine vlla prorſum cōparatione excultior: ſed du-
riuſculus, & perplexus. Admiſcuit ſe his philoſopha-
ſter Marſilius Ficinius, vt olorib. grauia, atq. epiſtolas
compoſuit, vt de Platonicis quæſtionib. diſputaret, di
ctione inuenuſta & moleſta. Epiſtolis Fran. Pici, & ſi
minus, terſis quam patrui, magis tamen deeſt genus,
quam dictionis elegantia, vel ſententiarum pondus. Ro
dolphus Agricola, ſi ipſe ſua emendaſſet, maximis
quoq. veterum potuiſſet comparari; tanta erat in illius
eruditione ſoliditas & ſanitas, atq. acrimonia in iudi-
cando. Ioannis Capnionis epiſtolas nuper vidimus, ſi-
mul & natas & extinctas, adeo damnauit eas tacitus
doctorū conſenſus, vt vix potuerint paucos vitæ men
ſes

ſes impetrare, Chriſtophorus Lōgolius nimia cura imitationis, bonam naturam corrumpit. Verba habet Ciceroniana, mirabili religionis ne an ſuperſtitionis obſeruatione; ſenſis eſt ineptior, propterea quod dicta grandia rebus exiguis aptabat. Nō enim ſatis illi erat verba & phraſin Ciceronis miro ſtudio imitari, niſi etiam totum Ciceronem exprimeret, rem illam publicam ſimularet, & curam imperii, quo totus orbis continebatur, priuatus ipſe, & in angulum ſtudioſi ſeceſſus abditus, in quo tam erat ridiculus, quam ſi gigantis veſtitum induiſſet, & verba ac pronunciationem gigantis affingeret, vt gigas crederetur. legendus tamen propter verba.

FINIS.

Aliquarum rerum in Colloquijs Viuis. Cum versione Hetrusca.

For-

len-

T

Vin-

FINIS.